http://rcin.org.pl

Dr L Mizerski
1870.

4424

20.- T.

http://rcin.org.pl

172/23

1200

http://rcin.org.pl

MARTINI GALLI
CHRONICON

http://rcin.org.pl

IMPRIMATUR.

(J. C. SZANIAWSKI.
C. S. D. G. I. P.

http://rcin.org.pl

MARTINI GALLI CHRONICON

AD FIDEM CODICUM,

qui servantur

IN PULAVIENSI TABULARIO CELSISSIMI ADAMI PRINCIPIS CZARTORYSCII, PALATINI REGNI POLONIARUM,

denuo recensuit,

EX MANDATO REGIAE SOCIETATIS PHILOMATHICAE VARSAVIENSIS, VITAMQUE S. STANISLAI, ATQUE INVENTARIUM ECCLESIAE METROPOLITANAE GNESNENSIS

adjecit,

JOANNES VINCENTIUS **BANDTKIE**,

J. V. D. Professor publicus ordinarius Regiae Vniversitatis litterarum Varsaviensis, h. t. decanus ordinis JCtorum; Notarius publicus; Collegio Supremo, quod in Senatu Regni Poloniarum examinibus candidatorum juris praeest, adscriptus; Regiae Societatis Philomathicae Varsaviensis, ac scientiarum, litterarum, et artium Vniversitatis et Academiae Vilnensis socius; Societatis quoque Litterariae Cracoviensis correspondens.

VARSAVIAE MDCCCXXIV.

SUMTIBUS REGIAE SOCIETATIS PHILOMATHICAE VARSAVIENSIS, TYPIS VERO COLLEGII VARSAV. SCHOLARUM PIARUM.

INSTYTUT
BADAŃ LITERACKICH PAN
BIBLIOTEKA
00-330 Warszawa, ul. Nowy Świat 72
Tel. 26-68-83
http://rcin.org.pl

130

K 130

Instytut Polonistyczny
KORBUTIANUM
Uniw. Warsz.

http://rcin.org.pl

LECTVRIS

S.

EDITOR.

Regia Societas Philomathica Varsaviensis, quam publice spoponderat, abhinc annos fere viginti, ore doctissimi Thad. Czackii, repetitam editionem omnium primi ac praestantissimi nostri chronographi Martini Galli, (1) mihi curandam nuper mandavit, atque exsequendae sponsionis legem imposuit, cui ut me subtraherem, et magnitudo operis et maxima Czackii perennis fama et aliae non parvi momenti causae suadebant quidem, at debitum obsequium summaque reverentia, qua honesti et probi quicunque prosequuntur optimo jure Societatem Regiam, litterarum incremento omni cura incumbentem, timorem importunum deponere ac macte virtute esse jusserunt.

(1) In repetita praelectione a Czackio facta, observationibusque ejus aucta, operis egregii: *Adama Naruszewicza Historya Narodu Polskiego. Edycya Tad. Mostowskiego. W Warszawie.* 1803. T. II. p. 387. et 477.

http://rcin.org.pl

Quae cum ita sint, est mihi ratio inprimis reddenda, quomodo et quid in suscipiendo et perficiendo opere egerim. Edidit jam Godofr. Lengnichius (2) Martinum Gallum ex codice, qui olim servabatur in bibliotheca episcopali Heilsbergensi, et quem a Stanislao Grabovscio, episcopo Varmiensi, donatum Josepho Andreae Zaluscio, episcopo Kioviensi, dein bibliothecae regiae (3) adscriptum, nactus est Thad. Czackius ex munificentia Stanislai Augusti, regis. Quam editionem, a Laurentio Mizlero de Kolof iterum negligenter, codice enim inconsulto, prelo revocatam, (4) notaverunt jam doctiores, summaeque negligentiae editorem, praecipue primum, merito accusaverunt. (5) Incuria Lengnichii, sane haud parva, nunc

(2) *Vincentius Kadlubko et Martinus Gallus, scriptores historiae Polonae vetustissimi, cum duobus anonymis ex MS. bibliothecae episcopalis Heilsbergensis editi.* Gedani. 1749. in fol.

(3) Cf. *Lelewel über Math. Chol.* in versione Germanica Lindii operis Ossolinsciani: *Vincent Kadłubek. Warsch.* 1822. p. 425.

(4) *Historiarum Poloniae et M. D. Lithu. scriptorum collectio magna. Varsav.* 1769. T. *IIItio.*

(5) *Jo. Salom. Semleri animaduersionum ad antiquiores scriptores rerum Polonicarum specimen,* quod legitur in: *Actis Societatis Jablonovianae de Slavis, Lecho, Czechoque.* Lips. 1772. p. 32. 36. Jos. Maximil. Comes Ossoliński: *Wiadomości historyczno-krytyczne. Krak.* 1819. T. II. p. 431. 433. Janociana. Volumen III. editum a Sam. Theophilo Linde. Varsav. 1819. p. 193.

http://rcin.org.pl

magis cuicunque patebit. Adquisiuit quoque Thad. Czackius codicem Martini Galli alterum, isto longe praestantiorem et uberiorem, qui olim in ecclesia metrop. Gnesnensi haud dubie conscriptus, (6) et diu ibi servatus, nescio, quo fato et quando migraverit in bibliothecam Joannis Zamoscii, palatini Sandomiriensis, ab hoc vero dein legatus est bibliothecae academiae Zamosciensis. (7) Praeter hos codices binos plures hucusque non innotuere. Joach. Lelewelius, collega olim noster aestumatissimus, nunc professor publicus ordinarius vniversitatais litterarum Vilnensis, dum, in gymnasio Krzemieniecensi praeceptorum ordini adlectus, familia-

---

(6) Quod probare videntur prima et supremae hujus codicis pagellae, in fronte enim paginae primae leguntur verba, prisca manu scripta: *Cronica Polonorum et alia que dicitur flores temporum de summis pontificibus et imperatoribus in fine inventarium omnium ornatuum et librorum ecclesiae Gnezn.* (quae vox multis lineolis est deleta, ita tamen, ut adhuc dignosci possit.) *ex dono fratris Santconis pro martyrio beati Egidii dono datum.* (Supremae sex voces iterum sunt deletae lineolis superpositis.) Ultimas binas pergamenae pagellas, quae sistunt inventarium, carptim in fine opusculi imprimi curavimus.

(7) Quod testantur verba, istis praecedentibus in fronte paginae primae supposita: *Testamento Jllustrissimi Joannis in Zamoscie Palatini Sandom. legatum bibliothecae acad. Zamoscen.* Hinc, antesignano Lelewelio, appellant non recte hunc codicem Gnesnensem saepenumero et Zamosciensem.

http://rcin.org.pl

ritate Thad. Czackii fruebatur, descripsit ex codice Gnesnensi totum chronicon, quod Martino Gallo vulgo addicitur, et vitam S. Stanislai, quo exemplari amicis, et Hippolyto Kownacio, versionem Polonicam posteriori tempore paranti, liberaliter communicato, magis famam ejus divulgavit, desiderium: ut quantocius imprimeretur, magnopere incitavit, (8) ac Societati Regiae Philomathicae Varsaviensi voti implendi felix tandem evasit suasor. Quae simul ac annuisset ejus consilio, mihique mandata ad edendum opus dedisset, Joach. Lelewelius, jam Vilnam Varsavia abiturus, variis quamvis negotiis atque itinerum curis distractus, nihilominus litteris datis impetravit statim a Celsissimi Adami Principis Czartoryscii, Senatoris Palatini Regni Poloniarum, benignitate, quae summa est, ut uterque codex Varsaviam transmitteretur ex bibliotheca, quae floret in villa Puławy, ditata rarissimorum et codicum et librorum apparatu, per Thad. Czackium undequaque collecto, quem Celsissimus Princeps ab haeredibus defuncti, pro bono sane publico, sumtibus non modicis adquisivit: ut, parentis

(8) *Vincent Kadłubek, aus dem Polnischen des Grafen Jos. Max. Ossoliński, von Sam. Gottlieb Linde. Warschau.* 1822. p. 379.
Historya Bolesława III. (tłomaczona przez H. Kownackiego) *w Warsz.* 1821. p. 62.

http://rcin.org.pl

more, litteras et artes quovis modo foveret.

Collato itaque codice Gnesnensi et Heilsbergensi, recepi quascunque lectiones, nec erroneas omittendas existimavi ideo, ut quivis, quasi exemplaria genuina prae oculis habens, judex ipse aequior evadere posset, non coactus recinere verba, me praeeunte, prolata, atque ut quisque, me editoris anxii potius, quam censoris severi, meritum ambiisse, agnoscere vellet.

Nec ausus sum alto supercilio rejicere lectiones ac conjecturas, licet minus acutas, variorum auctorum, quorum seriem apponendam hoc loco esse censebam: Godofr. Lengnichii Martinum Gallum indicavi ubicunque per siglum: *ed. Ged.* = *editio Gedanensis.*

Epitomatorem anonymum, quem sistit in Tomo I. p. 13. seqq Fred. Wilh. de Sommersberg (*Silesiacarum rerum scriptores. Lips.* 1729.) laudavi: *Anon. Sommersb.* = *anonymum Sommersbergii.*

Loewenheimii quoque, generi Sommersbergii, non praetermisi inconsultas adnotationes, quas edidit in supplementis ad Sommersbergianum opus collectis. (9)

(9) sub tali titulo: *Zur Historie u. Genealogie von Schlesien, auch denen im J. 1729. in Druck gegebenen Geschichtschreibern von Schlesien gehoerigen Zusätze von noch nicht bekannten Urkunden, Stamm-*

http://rcin.org.pl

Adduxi fasciculum primum tali modo: *Zusätze zur Hist. u. Geneal. v. Schlesien.* St. I. p. 7. seqq.

Opera Barthol. Paprocii, (1) Joannis Potocii, (2) in quibus occurrunt excerpta nonnulla ex nostro chronographo desumta, notas et observationes Joan. Salom. Semleri, Hippolyti Kownacii, atque aliorum pro meritis sum prosecutus, assignatis unicuique scriptori loco et numero, prout opus esse videbatur. Grata mente et lubenter recepi quoque animadversionem in cap. XXVII. libri I. (3) benigne mihi oblatam ab Illustrissimo et Reverendissimo Prażmovio, episcopo Plocensi. (4)

---

tafeln, Geschichtschreibern, u. andern Nachrichten, woraus die Geschichte u. Geschlechtsregister von Schlesien u. den angrenzenden Ländern je mehr u. mehr erläutert werden können. Stück I. Breslau. 1785. Totum opusculum complectitur XII. fasciculos, quorum jam secundus et sequentes sunt breviori modo inscripti: *Der Berichtigungen, Ergänzungen u. Anmerkungen zu den von Sommersbergischen Schlesischen historischen Schriftstellern* (*Zweites etc.*) *Zwölftes Stück. Breslau* 1790. 8vo.

(1) *Herby Rycerztwa Polskiego. Krak.* 1584.

(2) *Chroniques et memoires. T. I.* comprenant la fin. du neuvieme siècle.

(3) Vide infra pag. 110. — 112.

(4) Jmpresso jam fere toto libro tertio Martini Galli, accepi demum *indicem lectionum in universitate studiorum Jagellonica anno* MDCCCXXIII. *et sequ. instituendarum*, ex officina typographica academiae Cracoviensis eo tempore prodeuntem, programmate Sebastiani Girtleri, phil. et med. D., ord. med. de-

http://rcin.org.pl

Redditis muneris a me gesti rationibus, operae pretium me facturum putavi, si adhuc pauca de ipsis codicibus proferrem. Aetatem quod attinet, qua codices confecti fuerint, haec habe: Codex Heilsbergensis, in papyro satis nitide scriptus, multis vacuis spatiis inter omnia fere capita relictis, et tam ad pingendas haud dubie litteras eorum initiales, quam ad glossas vel adnotationes adjiciendas paratis, totus complectitur CCLXXIX. paginas, ex utroque latere manu recentiori numeris Arabicis appositis signatas, quae sistunt contextum in duabus columnis unicuique paginae inscriptum. Litteras initiales ubique locorum praeposuit recentior manus

---

cani, rectoris vices gerentis, et senatus academici ornatum, quo proposita est conjectura gravis ad Mart. Galli chronicon editionis Lengnichianae p. 57. et p. 60. (quacum cf. ed. nostra pag. 15. et 37.), consulens legere pro *Seleucia*, (*Selencia*) *Leuticia* s. *Luticia*. Qua re meum esse puto, hoc loco pauca praecipere, ne lectores re scitu dignissima frustrer. Breviter sed abunde refelluntur ibidem opiniones eorum, qui *Silesiam* vel *tractum Slesvicensem* pro Seleucia legunt, quia, licet Silesia apud Kadlubconem Seleucia utique dicatur, regio tamen mediterranea non versus septentrionem, sed versus occidentem sita, et tum ipsius Poloniae pars, jampridem Christianorum sacris addicta, nullo modo illa Mart. Galli Seleucia, Pomoraniae ad mare Balticum vicina, esse potest, nec Slesvicensis terra illis temporibus jam suo nomine, quo nunc audit, innotuit. Ad firmandam vero Leuticiae s. Luticiae conjecturam sistuntur optimo jure testes: *Adamus Bremensis*, ed.

http://rcin.org.pl

capitibus. Prima solum littera initialis, O. nempe in voce *Ortum*, operis Dzirzwae, praecedentis Martini Galli chronicon, adspicitur aurata, quadrato caeruleo, totam columnam implenti, inarata. Primae quoque paginae pars ima in margine praefert annum, auratis litteris minoribus exhibitum, quo codex hicce scriptus esse videtur:

Liber magnifici domi (domini) *Petri de Schamotuli Castellani et Capitanei Poznanien.* 1471.

Praemittuntur codici dissertatiuncula Thad. Czackii, idiomate Polonico de ejus contextu composita, et ab eo propria ma-

---

Fabrici. 1706. p. 58. et 19. *Helmoldus*, ed. Bangerti p. 2. 6. *Nestor*, ed. Schloezeri II. p. 66. Tum addicuntur Luticis, qui et *Wilzi*, *Wilsi*, *Wilci* dicuntur, sedes cis et trans *Panim* (Pol. *Piana*, Germ. *die Paene.*) fluvium, usque ad *Odoram* s. *Viadrum*, unde Leuticiae ultimum vestigium in oppido *Loitz*, quod anonymus vitae S. Ottonis, Pomoranorum apostoli, a 1124. scriptor Leuticiam quoque nominavit. Leutitiorum, Leutitiaeque posteriorem mentionem eruit auctor quoque ex cod. diplom. Brandenb. *Gerkenii* T. III. p. 75. et ex cod. diplom. Pomeran. *Dregeri* T. I. p. 36. 80. Quamvis Boleslauus I. Magnus a. M. erexerit, eo quoque observante, in Leutitia episcopatum Colbergensem, (Ditm. Merseb. p. 92. Chronographus Saxo p. 205.) interiit brevi post ejus fata ita, ut centum annis novus Caminensis in ejus locum a 1124. substitutus fuerit, ne mentione quidem de antiquiori episcopatu facta. Diversam Luticiae amplitudinem fuisse, censet, pro varia quatuor populorum eam inhabitantium fortuna, quo-

http://rcin.org.pl

nu anno 1798. subscripta, atque iterum brevior descriptio eorum, quae in codice hoc continentur, facta, ni fallor, a Joan. Dan. Janocio, cujus redolet stylum, forsan jussu vel Jos. Andr. Zaluscii, vel Stanislai Augusti, regis, quo curante, codex quoque recenti ligatura compactus est, ut indicant arma regni et regis in priori parte, ac sequens inscriptio in extima ligaturae parte auratis litteris impressa:

STANISLAUS AUGUSTUS

REX POLONIARUM

Saeculorum Posteritati

vindicat.

Anonymus vero iste haec habet, quae carptim juvat apponere, quia exhibent judicium de codice et fatis ejus:

---

rum duo Kicini et Circipanii ultra Panim, Slavonice *czres Pianu*, vulgo *za Pianą* (Dreger l. c. T. I. p. 115.) duo cis Panim, Redarii et Tollenses, teste Adamo Bremensi et Helmoldo, ut recentiores perhibent, in Pomorania anteriori et in ducatu Megalopolitano et in Marchia Brandenburgensi longe lateque habitaverunt, sed parebant ipsi interdum potentioribus Obotritis, etsi non omnes, sed partim Kicini et Redarii, interdum vero aliis populis et forsitan magnae ultra Viadrum Slaviae parti imperitabant, ut e. g. apud Ditmarum Merseburgensem vicinum (p. 26.) Redarii belli principes et auctores fuisse perhibentur, et prioribus temporibus soli Wil-

http://rcin.org.pl

„ Occurit tunc demum: quae, tempo-
„ rum ratione, principio voluminis erat
„ collocanda: (5) *chronica Poloniae et du-*
„ *cis Boleslai principaliter.* Scripta illa
„ est a *Martino Gallo* sacerdote: qui pa-
„ triae exul, fati clementia, Boleslao III.
„ regnante, in Poloniam delatus: a regni-
„ que hujus tunc praesulibus, amore ac
„ beneficentia singulari acceptus, deten-
„ tusque fuit. Orsus ille opus suum est a
„ *Piasto*, finiitque *Boleslai III.* gestis glo-
„ riosis, sub anno MCIX. (6) Videtur-
„ que codex hicce integer, anno ipso
„ MCCCCXXVI., (7) manu eadem, de-
„ scriptus esse. A Varmiae principe et
„ pontifice, *Adamo Stanislao Grabov-*
„ *scio:* ingenii et doctrinae gloria, tem-
„ poribus nostris, celeberrimo: invisenti

---

si arma contra Carolidas tulisse feruntur; verum tamen extremo tempore cum, exceptis Rugianis, soli fere Luticii in his oris essent sacris paganorum addicti, et tandem post a. 1124. sensim sensimque vi et armis Christiani facti, vix fines Luticiae a Viadro ultra hodiernos Pomoraniae anterioris limites pertinuisse videntur.

(5) Cf. p. 4. praefationis Lengnichii in Mart. Gallum ed. Gedanensis.

(6) In codice Gnesnensi rerum gestarum Boleslai III. posteriorem indicem exhiberi, jam Lelewelius docuit, (*Wincent Kadłubek von S. G. Linde. Warsch.* 1822. p. 605. 606.) et ipse codex nunc palam testatur.

(7) Sic sentit et Lengnich in praefat. edit. Gedan. quia annus 1426. occurrit ibidem p. 33.

http://rcin.org.pl

„ ipsum antistiti Kioviensi atque Czer-
„ niechoviensi, *Josepho Andreae Zalu-*
„ *scio Musagetae*, tanquam pignus pactae
„ cum eo amicitiae, donatus est, repara-
„ tae salutis humanae anno MDCCLX.

„ Codice hoc ipso usus est egregie,
„ (?) nobilissimae et inclytissimae civi-
„ tatis Gedanensis syndicus, *Gottfridus*
„ *Lengnich*, illustris ipse aetate nostra hi-
„ storicus, in edendis: *scriptoribus histo-*
„ *riae Polonae*, *Vincentio Kadlubkone*
„ *et Martino Gallo*, *una cum auctoribus*
„ *anonymis*. „ (8)

Codicem Gnesnensem seculo XIV. vel XVto quoque addicendum esse, censeo, quod eadem fere scribendi compendia, iidem litterarum ductus in utroque conspiciuntur codice, licet scriba codicis Gnesnensis, minus calligraphiam curans, sanioris tamen haud dubie mentis fuisse videatur, dum non auctor simul vel corrector, ut iste, evadere studuit. Jnterpunctionis signa in utroque codice fere nulla. Qui codex Gnesnensis papyraceus, exceptis duobus extremis foliis pergamenis, que inventarium ecclesiae Gnesnensis metropolitanae jam supra memoratum exhibent, complectitur in fol. DCCCCXLIX. paginas, ex utraque parte cujusvis folii nu-

(8) Eadem fere verba leguntur in *Janocianis*. Vol. II. Nro. LXXXI. p. 164. seqq.

http://rcin.org.pl

meris Arabicis recentiori manu appositis designatas. Martinus Gallus, nulla tamen vel nominis vel auctoris mentione facta, pag. CCXLII. — CCCVII. abhinc vero usque ad pag. CCCXXV. vita S. Stanislai ibidem leguntur. Litterae capitum initiales cinnabari pictae et argumenta lineolis ejusdem coloris insignita occurrunt solum ad pag. CCLXIII. vel ad caput XXIX. libri I. Praeter varii generis scripta, non ubique ejusdem sed diversae manus, res gestas majorum illustrantia, quorum indicem partim exhibuit Joach. Lelewelius, (9) adsunt in hoc codice et jura terrestria, quae testantur: semper ecclesiasticos viros, et apud nos, cordi habuisse historiam atque jura vernacula.

Sed quisnam iste Martinus Gallus? Peregrinusne, an Polonus, Gallus natu, nomineve tantum? Quando et ubinam terrarum haec conscripsit? En quaestiones, quarum disputatio certior inpraesentiarum sperari potest, postquam collati jam anxie sunt duo codices et eruta inde lectio, ad praefandum satis apta. Dicam sine ira et studio, quae sentiam, praemonendumque lectorem statim in limine existimo: me, JCtorum more, praeferre claram vocem

(9) In Felicis Bentcovii opere: *Historya literatury Polskiey. II.* p. 698. et in versione Germanica Lindii operis Ossolinsciani: *Vincent Kadłubek*, p. 622.

http://rcin.org.pl

vocem scriptam et nuda auctoris verba conjecturis et argutiis, quae magis idonea esse videntur ad exercendum vel ostentandum ingenii acumen, quam ad probationem parandam omni exceptione majorem. Jn lucubrationibus historicis nil praeter veritatem quaeri, neminem fugit. Amicus Plato, magis amica veritas! Sententia mea ne cui sit molesta, rogo, optoque.

Jo. Salom. Semlerus Martinum Gallum, tanquam mancipium ab hero derelictum, jure primi occupantis Germanis addicere ausus est, (1) more suorum popularium, qui quaecunque majoris momenti opera et ingenia Germaniae avide vindicant, non sine injuria aliorum populorum, ac si horum praecordia Titan deteriore luto finxerit. Jnter nostrates vero lis est adhuc sub judice. Sunt enim Polonorum alii, qui Martino Gallo Germaniae transrhenanae jus civitatis conferant (2), alii qui, duce Lengnichio, (3) Francogallum, attamen, ut reor, non Parisiensem, eundem fuisse opinentur. (4) Non desunt quoque,

2

(1) *Jn actis societ. Jablonovianae de Slavis, Lecho, Czechoque.* Lips. 1782. p. 46. Quem leviter redarguit Joach. Lelewelius: *Tygodnik Wileński.* 1816. T. I. p. 37.

(2) *Dzieie Królestwa Polskiego przez Jerzego Sam. Bandtkie. Wrocław.* 1820. T. I. p. 345.

(3) Jn praefatione p. 3. ed. Gedan.

(4) Joach. Lelewel in dissert. *Oświecenie i nauki w Polszcze*, quae legitur in: *Tygodnik Wileński*, T. I. p.

Instytut Polonijny
http://rcin.org.pl

qui eum peregrinum, reticentes patriam, pronuntient. (5) Unus tantum vernaculus scriptor, Hippolytus Kownacius, Polonum eum evincere conatus est. (6) Joach. Lelevelius, refellens Schlözeri convicia, scriptoribus rerum Polonicarum facta, (7) protulit conjecturas, quae graves esse videbantur viro doctissimo Josepho Max. Comiti Ossolinscio, (8) praefracte tamen etiam nunc (9) arcet Gallum nostrum, tanquam ne majoribus quidem Poloniae indigenam, sed advenam, extorrem patria, omni commercio juris Polonici destitutum. Quo magis miramur: undenam tanta nobis Martini Galli incuria, ut, unico tantum vindice, patiamur, eundem in jus rapi et Germanis vel Gallis, pro lubitu, tanquam judicio liberali, ac si de statu periclitaretur, addici.

---

36. seqq. et iterum in opere Lindii: *Vincent Kadłubek* p. 599. — 606.

(5) Janociana T. II. p. 164.

(6) *O rodzie naydawnieyszego Polski dzieiopisa Mart. Gallus zwanego, w Pamiętniku Warsz. Bentkowskiego* 1819. Nro. V. p. 111. — 117. et in: *Vicent Kadłubek*, p. 371. — 379.

(7) *Wzmianka o naydawnieyszych dzieiopisach Polskich przez J. Lelewela. Warsz.* 1809. p. 12. et in Lindii versione Germ: *Vinc. Kadłubek*, p. 385.

(8) *Wiadomości historyczno-krytyczne.* T. II. p. 620. et in *Vinc. Kadłubek, Lindii* p. 293.

(9) *Lindii Vincent Kadłubek* p. 599. — 606.

http://rcin.org.pl

Cum in dubiis benigniora sint praeferenda, (1) quaeramus potius: qua ratione Martinum Gallum, capite minutum, Poloniae postliminio restituamus; et enitamur omni vi: ut pleno civitatis Polonae jure jam securus fruatur, qui non solum amore verbis et factis egregiis insigni (2) Poloniam, uti patriam genuinam et propriam, prosecutus est, sed qui simul Polonos *parentes*, clericos Polonos *fratres carissimos*, Poloniam *patriam*, palam et diserte professus est, ne Gallus nomine, Polonus tamen natu, invidiosis *frustra panem Polonicum manducasse* videretur. (3) Sed ne quis cum Lengnichio occinat: (4) nomine ipso Gallum sufficienter in peregrinitatem redigi, praemittere etiam iubet: non esse, nec unquam fuisse, tantam nominibus vim, ut mox certum isthinc indicem quaeras, utrum peregrinus aliquis, an civis sit. Neque porro assentiendum videtur vulgari plebis infimae opinioni, denegantis patriam et jus omne iis, licet vere Polonis, qui imagines fumosas

(1) monente Cajo, JCto Romano, fr. 56. D. de diversis regulis juris.

(2) Quod jam Kownacius bene observavit in: *Historya Bolesława III.* p. 60.

(3) in nostra editione p. 237. 238. Plura infra dabimus.

(4) in praefat. ed. Gedan. p. 3. „ *Gallus procul dubio appellatus, quod ex Gallia in Poloniam venerit.* „ Non nego quidem, sed in hoc vertitur quaestio, utrum ipse, an majores ejus, in Poloniam venerint.

http://rcin.org.pl

familiae suae non ostentant, vel peregrinis utuntur nominibus, quorumve majores non cum Lecho simul, sociisque ejus, sed posteriori demum aevo solum aboriginum verterint, figendo his in oris novas sedes. Cum homines non uti arbores nascantur, nec solo accrescant, tanta est majestas natalium, non solum naturalium, sed principis indulgentia quoque mancipiis manumissis restitutorum, ut exinde ingenuitas, civitas, patria, penates, imo divina humanaque jura adquirantur plena, quod nemo negabit, nisi plane rudis, invidia vel odio agitatus. (5) Gallos vero ab antiquissimis temporibus in Poloniam migrasse, nemo dubitabit, dummodo meminerit Aaronis Galli, primi abbatis Tinecensis, (6) castri Galli vel a Gallo quodam constructi, (7) imo Martini Galli, primi praepositi Miechoviensis, circa annum MCLXII. ex loco S. sepulcri Hierosolimis in Poloniam per Jaxam Gryphium, comitem de Miechow, advecti. (8). Quibus praemissis, progrediamur ad rem propius!

---

(5) Digestor. Lib. XL. titulus 11. Codicis Justinianei Lib. VI. tit. 8. Novella Justin. 78.

(6) *Tinecia Stanislai Szczygielski.* Crac. 1668. p. 19.

(7) Mart. Gall. infra pag. 213. 214. 216.

(8) *Miechovia sive promptuarium antiquitatum monasterii Miechoviensis, Sam. Nakielski.* Crac. 1634. p. 63. 65. Qui conjecturas praeferunt fide historica, quaerant in hoc praeposito Miechoviensi nostrum scriptorem, et tollant, mea pace, serioris adventus

http://rcin.org.pl

Quod Martinus Gallus temporibus Boleslaui III. vixerit, certum est, (9) quia commemorat: eum gloria Poloniam illustrasse, et multa ac magnifica ab eo gesta fuisse degentibus episcopis, quibus chronicon suum adscripsit. (1) Est igitur profecto scriptor antiquissimus et omnium primus, qui rerum a Polonis gestarum fastos continuos composuerint, et sane praecellit posteriores eruditione haud parva, sano judicio, et candida mente.

Martinum Gallum clericum fuisse, nemo inficias ibit, qui perpenderit: eum capellanos ducales et clericos in Polonia degentes *fratres* appellasse. (2) Hippolytus Kownacki, (3) et nuper iterum Joach. Lelewel, (4) fidentes falsae lectioni *de monte S. Gregorii*, (5) concludebant quidem, eum, monasterio regulae S. Benedicti Romae in monte Coelio existenti addictum, ibi inchoasse, dein in Poloniam delatum ad finem perduxisse coeptum in Jtalia opus, sed contra hanc conjecturam pugnat palam codex Gnesnensis, cum montis Gre-

---

ejus in Poloniam obstaculum, fortuna audaces juvante.

(9) Quod observavit jam Lengnich p. 3. in praefat. edit. Gedan.

(1) infra p. 6.

(2) infra p. 237.

(3) *Vincent Kadłubek Lindii* p. 373.

(4) Jbid. p. 600. seqq.

(5) vide p. 4. nostrae edit.

http://rcin.org.pl

gorii plane non meminerit, hinc nec *gurgitibus Tiberinis*, ad quos Kownacius provocat, firmandae sententiae causa, (6) interpretaio arbitraria obtrudenda esse videtur. In Polonia hortatu et auxilio episcoporum et cujusdam Michaelis cancellarii Martinum Gallum opus inchoasse et continuasse, epistolae frontibus librorum praemissae potius testantur. (7) Monachicam vitam eundem egisse, exinde quoque elicere licet, quod Michaelem istum cooperatorem vel socium immitendi vel propagandi cultus Christianorum vocitet. (8) Quae vero tropica figura profert Martinus Gallus, (9) non de domicilio habito in hostico solo, nec de itinere exin in Poloniam peracto, (1) sed de interrupto narrationis filio intelligenda esse, vel similia verba convincunt, cum alio loco iterum loquatur de somno et quiete, (2) nemo tamen interpretatus nec unquam interpretaturus est, si recte video, nostrum quoque Gallum quodammodo, ut olim Homerum, vel non-

(6) vide ibid. p. 126. et *Historya Bolesława III.* p. 193. „ *Wzmianka Tybru może także, pomiędzy „ innemi dowodami, oznaczać: że autor pisał w Rzymie.* „

(7) E. g. p. 4. 9. 125. 127. seqq. 237. 238.

(8) pag. 4. et 125.

(9) pag. 130.

(1) uti existimavit Lelewel in Lindii opere: *Vincent Kadłubek.* p. 602.

(2) pag. 236.

http://rcin.org.pl

nunquam, vel per longa itineris intervalla diu, dormitasse.

Ne multis moremur, perpendamus jam ipsius Galli verba, quae luce clarius probant: eum Polonum fuisse.

I. In limine operis Poloniam agnoscit patriam suam, dum ait: *Quocirca laudem hujus operis et honorem hujus patriae principibus ascribamus, nostrum vero laborem laborisque taiionem vestrae discretionis arbitrio fiducialiter committamus.* (3) Describens Poloniae situm ac dotes soli, appellat eandem iterum *patriam.* (4) Sed ne quis excipiat: sub patriae voce intelligi hic terram, regionem, quamvis tali sensu auctor non soleat usurpare hancce vocem, crebro obviam, (5) proferamus alia testimonia, quae tollant omnia objectionis dubia.

II. Gravissima verba promit epistola, libro secundo praemissa, in hunc modum: *Igitur opusculum, almi patres! stilo nostrae pusillanimitatis ad laudem principum et patriae nostrae pueriliter exaratum suscipiat et commendet excellens auctoritas et benevolentia ve-*

(3) pag. 8.
(4) pag. 17.
(5) pag. 48. 66. 73. 95. 227. 241. 242. 250. 252. 263. 265.

http://rcin.org.pl

strae mentis. (6) Quo jure Lelevelius fidem codicum et editoris Gedanensis non sit secutus, et qua ratione verba: *patriae nostrae*, arbitrarie transformaverit in sensum et sonum plane diversum: *patriae vestrae*, non video. (7)

III. Jn epistola libri tertii Poloniam patriam, Polonos cognatos (*parentes*) (8) profiteri videtur in haec verba: *tantum opus non ideo coepi — — ut patriam vel parentes exul apud vos et peregrinos exaltarem, sed ut aliquem fructum mei laboris ad locum meae professionis reportarem.* (9) Voce *exul* existimo exprimere voluisse auctorem vitae in solitudine monastica actae genus, quod utique definit, precatus, monachorum more, quaecunque fausta et laboris mercedem non sibi, sed *loco professionis*, ac paulo infra, modestia, claustrali meditationi familiari, declarat: *se*, quamvis monachum, (1) *bella regum ac ducum, non evangelium, scripsisse, ne frustra panem Poloniae manducaret.* (2) Quae proverbialis propria Polonica dictio (3)

(6) pag. 129.
(7) *Lindii Vincent Kadłubek.* pag. 601.
(8) Qua voce vtitur eodem sensu pag. 296.
(9) pag. 237.
(1) pag. 239. „ *me talem, talisque vitae.*„
(2) pag. 238.
(3) *Chléb Polski ieśdź; darmo chléb ziadać; bydź na*

http://rcin.org.pl

prodit quoque: non Gallum natu, sed Polonum, Gallum nomine, verba fecisse. Nil ergo impedit, subintellecta per elipsin voce *tanquam* (*exul*) propriam auctoris sententiam praesentire.

IV. In eadem epistola, libro tertio praemissa, sic etiam est praefatus: *Insuper illud, causa Dei, causaque Poloniae, prouideat vestrae discretio probitatis, ne mercedem tanti laboris impediat vel odium vel occasio meae cujuslibet vanitatis. Nam si bonum et utile meum opus honori patriae a sapientibus judicatur, indignum est et inconveniens, si consilio quorundam artifici merces operis auferatur.* (4) Quibus verbis, Poloniae apponens patriam, solique Deo eam postponens, non poterat intelligere terram sibi peregrinam, quam ubicunque locorum summo amore prosequitur. (5)

Polonus de Polonia, in Polonia scribens, percontatus est anxie e senibus fide dignis veritatem, ubi annales et codices assidue consulti nullam perscrutanti ferrebant opem, (6) paravitque suo exemplo

---

chlebie swoim, cudzym. Plura vide in egregio opere Lindii: *Słownik ięzyka Polskiego,* sub voce: chleb.

(4) pag. 243.

(5) e. g. pag. 239. principio.

(6) pag. 219. 26. 38. 74. et pas.

http://rcin.org.pl

et opera copiam, unde alii *profundius et argumentosius* (7) tractarent res patrias. Peregrinus, praesertim Romae monasticam vitam degens, unde episcopos et capellanos regios, eosdemque summos Poloniae praesules, habuisset adjutores vel fautores? quonam jure poposcisset munera, mercedem, pro labore sua sponte capto? (8) Undenam tanta peregrino cura, ut gloriam Poloniae et virtutem ejus regum posterioribus fovendam et imitandam tam anxie commendare studuisset? Recte observavit Kownacki (9): cum lacte matris amorem patriae auctorem suxisse.

Jnquiramus porro in nomen et praenomen nostri scriptoris, ne ad legem Corneliam falsi rei accusemur. Paprociuś proferens quaedam ex Martino Gallo, appellat eundem: *anonymum quendam* (1); Herburtus: *Gallum anonymum* (2), Dlugosus: *Martinum Gallicum*, (3) Sarnicius: *Gallum quendam*, (4) dictitant nostrum scriptorem, fragmenta tamen a Dlugosso prolata non reperiuntur in codicibus a nobis collatis; unde patet: Dlugossum prae oculis

(7) pag. 238.
(8) pag. 9. 129. 243.
(9) Historya Bolesława III. pag. 60.
(1) *Herby rycerztwa Polskiego*, sub voce: *orzeł*.
(2) Jn edit. Lips. II. 594.
(3) Jn edit. ead. I. p. 36. 65.
(4) Vide infra Lib. I. cap. XXVII. pag. 110. not. 5.

http://rcin.org.pl

habuisse opus vel corruptum, vel non nostri sed alius plane Martini. Dubius inde paululum haerebam, utrum auspiciis *Martini Galli*, an vero *anonymi* Galli incertis manibus opus addictum in lucem proferrem, sed sustulerunt dubitationis obstacula et Sarnicii testimonium, (5) et verba cujusdam anonymi, a Lengnichio ex codice Heilsbergensi dudum prolata, (6) quae Gallo vindicant chronicon; quod vero attinet praenomen, nefas videbatur mihi, audaci animo respuere omnem auctoritatem usus, a celleberrimis scriptoribus recepti, qui Gallo praeponere solerent nomen *Martini*. (7).

---

(5) l. c.

(6) In praefat. edit. Gedan. p. 3. „ Chronicon, ait, „ vindicavimus Martino Gallo, et ante nos vetusta „ manus, ea tamen, quae ipsum chronicon descripsit, recentior, in ejus fronte notavit: *Gallus hanc „ historiam scripsit, monachus ut opinor aliquis, „ ut ex prooemiis coniicere licet, qui Boleslai III. „ tempore vixit;* et in fine chronici appositum: *hucusque* Gallus. „

(7) Ad. Naruszewicz, Thad. Czacki, Jos. Max. Ossoliński, et Joach. Lelewel. Cf. *Tygodnik Wileński.* 1816. T. I. p. 50. 83. T. II. p. 6. 34. et pas. *Gallo* praenomen Martini inditum fuisse demum a recentioribus scriptoribus, praecinente Dlugosso, (l. c. T. I. p. 36. 65.) bene tamen monuit Joach. Lelewelius, interjecto aliquot annorum tempore, (*Vincent Kadłubek von S. G. Linde.* p. 607. 608.) et quamvis *Galli* et *Gallici* nomen unum idemque agnoverit, (ibid. p. 608.) assentiens tacite Lengnichio, (in praefat. ed. Ged. p. 3.) nihilominus *Gal-*

http://rcin.org.pl

Satisfacturus desiderio Joach. Lelewelii, ut copia daretur perscrutandi, quonam ex fonte spuria additamenta recepta fuerint in nostra chronica vetustissima a scribis insipidis, qui, quamvis describendo vel legendo discentes, magistris tamen prudentiores videri volebant, adjeci ex codice Gnesnensi, vitam S. Stanislai. Quare, cum nulla alia ratione commotus, nisi veritatis eruendae consilio, hoc diversi plane styli et ponderis opus prelo quoque committendum curaverim, nec honestum, nec justum videbatur, imitando istorum scribarum gregem, addere uberiores narrationes, quae ex hoc forsan scripto in vitas sanctorum, (8) vel in opera

---

licum a Dlugosso laudatum plane diversum scriptorem fuisse, cum Kownacio non negavit (ibid. p. 379. et 607.), sed ne tunc quidem ausus est, chronographum nostrum appellare aliter quaquaversus in hoc recentissimo opere, nisi pleno nomine et praenomine: *Martini Galli*, obtemperans usui recepto et auctoritate doctissimorum virorum firmato. Quanta vero sit vis usus, et Horatii carmina, et responsa prudentum, et constitutiones principum in memoriam revocant. Quare nec accusamus, nec accusari timemus! Damus, petimusque veniam!

(8) Quae sub nomine *historiae Lombardicae* veniunt. In bibliotheca publica Regiae Vniversitatis litterarum Varsaviensis extant IV. codices ms. hujusmodi historiae. Auctor vitae S. Stantslai, post tempora Dlugossi ibidem insertae, est Vincentius, frater ordinis praedicatorum, qui jussu Prandotae, episcopi Cracoviensis († 1266. teste Niesiecio T. I. p. 28.) et capituli opus confecit. Differt hic in multis et pla-

http://rcin.org.pl

Joannis Dlugossi, Stanislai Dobielowiczii, Bartholomaei Sotarevii, et sexcentorum forsan aliorum, demanarunt. (9)

Ad calcem decurrens, adjeci denique ex ultimis pagellis codicis Gnesnensis (quarum binae supremae pergamenae attritu ligaturae jam satis sunt corruptae) nonnulla excerpta, quae aetatem codicis hujus, qua confectus fuerit, evincunt, et ad litterarum incrementum aliquid, ni fallor, conferre valent.

---

ne est diversus ab auctore anonymo, minus prolixo, vitae a nobis editae, quamvis Lelevelius (*Lindii Vincent Kadłubek* p. 623.) huic nomen istius Vincentii tribuat. Dlugossus (*in vita S. Stanislai Tr.* III. cap. 3. 4.) laudat studia fratrum praedicatorum in canonisatione scriptis et dictis probata, ad quos istum referre, nil impedit. Petr. Jaenichius, gymn. Thorun. rector, in *notitia bibliothecae Thorunensis.* (*Jenae* 1723. p. 21.) meminit quoque codicis manuscripti de vita S. Stanislai, qui ibidem servabatur. Prostant haud dubie plures.

(9) Opus Dlugossi prodiit sub hoc titulo, Cracoviae ex officina Jo. Halleri 1511. 4*to*: *Vita beatissimi Stanislai Cracov. episcopi, nec non legendae SS. Polonie, Hungarie, Bohemie, Moravie, Prussie, et Silesie patronorum, in lombardica historia non contente.* Iterum ibidem ex officina viduae et haeredum Francisci Caesarii 1666. in 4*to* Latini idomatis asperitate nonnihil castigata, studio Stanislai Dobielowiczii, decani Chodoliensis, parochi Opoliensis.

Minoris vero est pretii: *Byssus et purpura seu vita et martyrium D. Stanislai ep. Cracov. historico stylo, insertis etiam nonnullis encomiorum flosculis, contexta a Pr. Barthol. Sotarevio, ordinis S.*

http://rcin.org.pl

Denique, quod attinet stylum, quo codices sunt scripti, juvat adhuc pauca praemonere. *Modum rhetoricum rhythmisandi*, (1) et apud exteros, et apud nostrates, olim valde adamatum fuisse, ad admussim probare videntur et scripta a nobis in lucem prolata et forsan chronicon Dithmari, episcopi Merseburgensis, (2) aliaque certo exotica. Ingenue tamen profiteor: me, artis poëticae satis rudem, adjutum esse a Fel. Bentcovio, qui, pro sua in me amicitia, totum fere opus Martini Galli, uno contextu in utroque codice scriptum, in psalteriorum rhythmos, positis signis, satisfacturus desiderio multorum, Kownacii versione excitatorum,

---

Pauli primi eremitae presbytero. Typis clari montis Czestochoviensis. A. D. 1693. in 4to.

Plura de aliis editionibus vid. in praefat. Jo. Theoph. Krause praemissa editioni Lipsiensi Dlugossi T. II. p. IX. seqq. et Janociana III. p. 99. sequ.

(1) Liceat mihi uti verbis propriis, quamvis barbaris, cujusdam imperiti scribae, addicentis vitam S. Stanislai, tali modo compositam, Vincentio Cadlubconi, (*in Vinc. Kadlubcone et Mart. Gallo editis* Ged. 1749. p. 33.) quem tamen refellit doctissimus Ossolinscius (*Wiadomości historycznokrytyczne* T. II. p. 436.) De hujus vero generis scribendi et modo et causis plura disseruit Kownacius. *Hist. Bolesława* III. p. 62. — 64.

(2) Cujus fragmentum, in rhythmos a Felice Bentcovio divisum, quos tamen Wagnerus editor non observavit, sistit infra Lib. I. cap. V. pag. 33. Cf. et Abbas Aulae Regiae Petrus apud Dobnerum in monum. Bohem.

http://rcin.org.pl

divisit, quo eo majorem meritus est laudem, cum taedeat elicere corruptas syllabarum, imo litterarum singularum, harmonias, et cum nefas sit, Lucilli more, ducentos in horam promere vel corrigere versiculos. Vtrumque otii et operae dispendium sane haud parvum exigebat, quae ne in vitam quoque S. Stanislai, simili modo redigendam, impenderet, ipse suadebam. Qua re multo sane et fastidioso labori, magna ex parte per Bentcovium peracto, benevolus lector concedat mecum, rogo, optoque, honorem. Dubia vel quae vario modo legi possunt, relicta sunt intacta, inque rhythmos non deducta, ne nimium transponendo immutarentur; omnes vero transpositiones verborum anxie indicavi.

Si Deus O. M. otia dederit, curabo jura vernacula seculi XIV. et XV. critice edenda, quorum codices tres manuscriptos et exemplar quartum ex codice Gnesnensi, nunc Pulaviensi, desumptum possideo, facillime probaturus: constitutiones Nieszavienses de anno MCCCCLIV. temporibus Joannis Alberti regis anno MCCCCXCVI., fraude et arte mala, fuisse corruptas, quod jam olim cum Joach. Lelevelio (3) communicavi. Cumque per-

(3) Cf. ejus: *Spiewy historyczne Jul. Urs. Niemcewicza pod względem historyi uważane* p. 21. et *Bibliograficznych xiąg dwoie. Wilno* 1823. T. I. p. 234.

http://rcin.org.pl

fectior rerum a majoribus gestarum ac verior narratio desideretur jamdudum optimo jure, curandum inprimis video: ut criticas editiones jurium, annalium, et chronicorum nostrorum serius ocius nanciscamur, quo facto, detectis et repurgatis fontibus, undas puriores bibere liceat. (4)

Adlaboravi summopere, ut, etsi non ingenio, tamen omni industria ac diligentia obsecundarem commendationi Regiae Societatis Philomathicae Varsaviensis, utque ad incrementum gloriae patriae pro virili parte qualicunque mea aliquid etiam conferrem. Et quia in magnis voluisse sat, ac principibus placuisse viris non ultima laus est, benignos praestolabor judices.

Scribebam Varsaviae XVI. ante calendas Decembris anno MDCCCXXII.

---

(4) Cf. *Ossoliński, Wiadomości historyczno-krytyczne.* T. II. p. 429.

MAR-

http://rcin.org.pl

I.

MARTINI GALLI

CHRONICON.

http://rcin.org.pl

MARTINI GALLI CHRONICON

http://rcin.org.pl

Domino M. (1) dei gracia summo pontifici simulque (2) Symoni, Paulo, Mauro, Syroslao, (3)

(1) Littera haec indicat Martinum, archiepiscopum Gnesnensem, quod jam bene observarunt Ossolinski, Kownacki, infra laudati, et omnium primus Lengnich in praefatione ed. Ged. fol. 2.

(2) *que*, omittit ed. Ged. et cod. Heilsb. atque Joan. Potocki p. 19. (*Chroniques et Memoires. T. I. comprenant la fin du neuvieme siècle*) qui secutus est lectionem Ged.

(3) Josephus Maximilianus Comes de Tęczyn Ossolinski in opere erudito: *Wiadomości historyczno-krytyczne do dzieiów literatury Polskiéy*. etc. *Krakow*. 1819. T. II. p. 456 et in versione Germanica hujus operis Sam. Theoph. Linde: Vincent Kadlubek, etc. *Warschau* 1822. p. 110. et Kownacki in dissertatiuncula de ortu Martini Galli, (*Pamiętnik Warsz.* 1819. v. 5. pag. 113.) qui secutus est Ossolinscium, tali modo interpretantur haec nomina praesulum:

Martinus, archiep. Gnesnen. adeptus hanc dignitatem, teste Dlugosso vel Longino, - a 1092.
- - - - - - mortuus 1118.
Simeon, episcop. Plocensis, ordinatus 1107. † 1129.
Paulus, episcop. Cujaviens. - 1098. † 1110.
Maurus, episcop. Cracoviensis - 1109. † 1118.
Zyroslaus, episcop. Vratislav. (Sommersb. I. pag. 64)
- - - - - - 1112. † 1120.

Argumentatur inde Ossolinski, chronicon hocce scriptum fuisse inter annos 1109 et 1110 vel inter tempora adepti per Maurum episcopatus et mortis Pauli episcopi. Schlözer (Nestor. *Russische Annalen*. T. I. p. 26.) ex mero arbitrio 1138 statuisse videtur annum mortis Martini Galli.

http://rcin.org.pl

deo dignis ac venerandis pontificibus Polonie regionis, (4) nec non eciam cooperatori suo, venerabili Cancellario Michaeli, (5) ceptique laboris opifici, subsequentis scriptor opusculi, (6). super montem Syon domini sanctorum gregi commisso vigilanti studio speculari, ac de virtute in virtutem gradiendo deum deorum facie ad faciem contemplari.

Ni vestra auctoritate suffultus, patres pretitulati (7), vestraque opitulacione fretus fierem, (8).

---

(4) *Regionum* proponit Kownacki p. 67. in versione Polonica codicis nunc editi, quae prodiit sub titulo: *Historya Bolesława III. etc. w Warsz. w druk: XX. Piiarów.* 1821 8vo. Uterque codex pugnat contra hanc conjecturam.

(5) Quis hic fuerit, libere ignorare me profiteor. Kownacki p. 67. 68. existimat, eum fuisse praepositum monasterii regulae S. Benedicti Romae, in monte *Coelio*, existentis, sed conjectura haec nititur in loco corrupto *de monte S. Gregorii*, cujus meminit sequens nota.

(6) Ed: Ged: p. 56. loco subsequentium verborum habet: *supra montem Sancti Gregorii, vigilanti studio speculari, ac* etc. Kownacki de ortu Mart. Galli (*Pamiętnik Warsz.* 1819. N. 5. p. 114) et in versione Polonica M. Galli. (p. 68.) censet: auctorem scripsisse Romae in monasterio regulae S. Benedicti, fundato in monte *Coelio*, per Gregorium, pontificem maximum. Cod. Heilsb: legit vero: *supra montem spondiā* (spondiam) *scti Gregori misso vigilanti* etc. Joach: Lelewel non bene exhibuit hunc locum, recipiens lectionem ed. Ged. erroneam in Vinc. Kadłubek etc. *von S. G. Linde. Warschau* 1822. p. 59.

(7) *particulari* ed. Ged. p. 56. pro *pretitulati*. Cod. Heilsb: habet p̄titulati ergo *pretitulati*.

(8) *fuerim*, ed. Ged. p. 56. *fierem*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

meis viribus in vanum tanti ponderis onus subirem,

et cum fragili cymba (9) periculose tantam equoris immensitatem introirem.

Sed securus nauta poterit in navicula residens per undas sevientis freti navigare,

qui nauclerum habet peritum, qui scit eam certam (10) ventorum et syderum moderamine gubernare.

Nec maluissem quoquomodo tante caribdis naufragium evitare, (11).

ni libuisset vestre karitati meam naviculam vestri remigii gubernaculis sublevare.

Nec de tanta silvarum densitate ignarus vie potuissem exire,

ni vestre benignitati placuisset, certas mihi metas interius aperire.

Tantorum ergo (12) rectorum adminiculis insignitus (13) portum subibo securus,

ventorum turbinibus expeditus.

Nec dubitabo lippis luminibus (14) viam incognitam palpitare,

cum cognoverim (15) rectorum oculos precedencium luce lucidius choruscare.

---

(9) *cum lembo periculose fragili* pro *cum frag. cymba* ed. Ged. p. 56. et cod. Heilsb.

(10) *certo* pro *certam* ed. Ged. ibid. *ea certam*, cod. Heilsb.

(11) *irritare*, ed. Ged. p. 56. *evitare* vero cod. Heilsb.

(12) *igitur* ed. Ged. p. 56. et cod. Heilsb.

(13) *insignius*, cod. Gnesn. *insignitus*, ed. Ged. te doc. Heilsb.

(14) *laxis velis viam ingredi*, ed. Ged. ibid. pro *lip. luminib.* etc. Cod. Heilsb. *laxis lmbg.* (*luminibus*) *ing.* vel *mg. palpitare.*

(15) *agnoverim*, ed. Ged. ibid. *cognoverim*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Et cum tales premiserim causidicus (16) defensores,

flocipendam, quidquid mussitando murmurarent (17) invidiosi detractores.

Et quoniam fortuna, voti compos, (18) vos fautores obtulerit iuste rei,

dignum duxi, tantos viros inserere quasi cronica seriei, (19)

vestro namque tempore (20) virtutisque precibus preciosis

illustravit deus Poloniam Bolezlavi tercii gestis memorialibus et famosis.

Et cum multa et magnifica vobis gesta degentibus pretermittam, (21)

quedam tantum (22) suggerere subsequentium posteriorum memorie non dimittam (23).

---

(16) *causidicus* ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *causidicos* cod. Gnesn.

(17) *quicquid murmurarint* ed. Ged. ibid. q. *musitando murmurarent*, cod. Heilsb.

(18) *voti compos*, desunt in ed. Ged. sed adsunt in cod. Heilsb.

(19) *quasi cronicam scribens* ed. Ged. p. 56. *cronicam scriri* vel *seriri*, cod. Heilsb.

(20) *illustravit Poloniam Boleslavus III. gestis memorabilibus* etc. ed. Ged. ibid. Codex uterque convenit, quia vero pro voce *deus* erat relictum spatium vacuum, expingendi causa, Lengnich transformavit sensum.

(21) *pretermittam degentibus*, habent codices, quae rhythmi causa transponenda esse videbantur.

(22) *tū*, linea super u posita, forsan *tum* exprimit. *tamen* ed. Ged. ibid. *tȳ*, cod. Heilsb.

(23) *obmittam* ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Sed ad presens vos uno ore una laude unanimitate unanimes unanimus (24).

et quos indissolubile caritatis vinculum annectit (25) meis quoque preconiis adnectamus.

Dignum est enim, ut rerum eciam gestis in stateram prenotari, (26).

quos diuina gracia facit, de hijs carismatum ipsis principibus principari,

item quorum dispensacione subditorum quod apicibus celestis alimonie fidelibus errogatur,

eorundem patrocinii nostre pusillanimitatis opusculum suffragio tueatur (27).

---

(24) *uno ore, una mente unanimes*, ed. Ged. p. 56. *uno ore, unanimiter unanimes unanimus*, cod. Heilsb.

(25) *nostris preconiis adaugeamus.* ed. Ged. p. 44. *vestris - annectam*, ed. Ged. p. 56. et cod. Heilsberg.

(26) cod. Gnesn. legebat initio *ut rerum ē gestis institarunt p̄notari*, quae tamen verba linea per transversum ducta sunt deleta et in margine leguntur: (ut rerum gestis) *vestras dignaciones prenotemus.*

(27) Verba *Dignum est enim* usque ad *necessitatibus praevidere* frustra quaeruntur in cod. Heilsberg. et in ed. Ged. p. 56., fragmentum tantum alio loco insertum legitur p. 44. ibid. tale: „ *celestis alimonie fidelibus erogatur, eorundem patrocinium nostre pusillimitatis opusculum tueatur*„ etc. In codice Gnesn. locus crrruptus ita scriptus est: *quos divina gracia facit de hijs carismatum ipīs principibus principari tibi quorum dispensacione subditorum quod* (vel quia) *apacitatibus* (sed prima lit. incerta, utrum *a* an *o* sit.) *celestis alimoijs fideles erogatur*, etc. Cod. Heilsb. p. 92. locum, a Lengnichio p. 44. arbitrarie contractum, taliter exhibet: *Dignum est enim ut rerum eciam gestis institeram prenotari quos divina gracia facit de hys carismatum ipsis principibus principari tibi quorum dispensacione subditorum quod apicibus celestis alimonie fidelibus errogatur eorun-*

http://rcin.org.pl

Nam quos deus ordinavit tanto privilegio dignitatis hominibus ceteris preminere, (28).

oportet eosdem studiosius singulorum (29) utilitatibus et necessitatibus previdere. (30).

Igitur ne viles persone (31) videamur vanitatis fimbrias (32) dilatare,

codicellum non nostro decrevimus, sed vestris nominibus, titulare, (33)

quo circa laudem hujus operis et honorem hujus patrie principibus ascribamus,

nostrum vero laborem laborisque talionem vestre discrecionis arbitrio fiducialiter committamus.

---

dem patrocinii nostre pusillanimitatis opusculum tueatur Nam quos deus ordinavit tanto privilegio dignitatis hominibus ceteris preminere oportet eosdem studiosius ceterorum utilitatibus et necessitatibus praevidere Igitur ne viles persone. Ex utriusque codicis corruptis lectionibus ausus sum corrigere contextum, an feliciter, relinqo aequo lectorum ac benevolo judicio, ingenue autem fateor, sensum qualemcunque, non Latinitatem grammaticam, me spectasse.

(28) *preeminere*, ed. Ged. p. 44. cod. Heilsb. p. 93. *preminere.*

(29) *ceterorum* loco *singulorum*, cod. Heilsb. ibid.

(30) *providere*, ed. Ged. ibid. *p̄vide'* cod. Heilsb.

(31) *viles persone*, desunt in ed. Ged. p. 56. *viliter persone*, cod. Heilsb. p. 120.

(32) *fibrias*, ed. Ged. p. 56. errore typographico, quia cod. Heilsb. habet *fimbrias.*

(33) *quo cuncta que laudi hujus operis et honori*, ed. Ged. p. 56. Cod. Heilsb. p. 120. *tritulare quo c'ca* (circa) *laud. huius operis* et *honòe* (honore) *hujus patrie.*

http://rcin.org.pl

Spiritus sancti gratia, que (34) vos dominici gregis pastores ordinavit, tale suggerat consilium vestre menti,

quatenus (35) princeps digna det munera promerenti,

unde vobis honor, sibique (36) gloria proferenti.

Semper gaudete,

Nobis operique favete. —

Explicit epistola, incipit epilogus. (37)

Bolezlauus dux (38) inclitus,
Dei dono progenitus.
Hic per preces Egidii
Sumpsit causam exordii.

Qualiter istud fuerit, (39)
Si deus hic (40) annuerit.
Possumus vobis dicere,
Si placeat addiscere.

Relatum est parentibus,
Successore carentibus:

---

(34) *qui*, ed. Ged. p. 56. cod. Heilsb. p. 121. habet q̄.
(35) *quo* pro *quatenus* ed. Ged. p. 56. q̄tus, cod. Heilsb.
(36) *in gloria*, cod. Heilsb. p. 121.
(37) *epilogum*, cod. Gnesn. Verba haec: *explicit* etc. desunt in ed. Ged. p. 56. et in cod. Heilsb. sunt solum: *sequitur epylogus.*
(38) *rex*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(39) *illud fuit*, ed. Ged. p. 56. *illud fuerit* cod. Heilsb.
(40) *hic*, omittit. ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Conflent (41) auri congeriem
In humanam effigiem,

Quam mittant sancto propere (42)
Fiat ut eis prospere, (43)
Votumque deo voveant, (44)
Atque firmam spem habeant.

Aurum ilico funditur
Effigies efficitur,
Quam pro futuro filio
Sancto mittunt (45) Egidio.

Aurum, argentum, pallia,
Donaque mittunt alia,
Vestes sacras, et aureum
Calicem sat idoneum.

---

(41) Corrector codicis Gnesn. non recte indicativum pro conjunctivo modo ponens, transformavit *e* in *a*. Ed. Ged. p. 56. legit quoque *conflant*. Secutus sum lectionem Jo. Salom. Semleri, prorectoris academiae Halensis, ibique theologiae doctoris et professoris, cujus *animadversiones ad antiquiores scriptores rerum Polonicar.* leguntur in *Actis societatis* Jablonovianae *de Slavis, Lecho, Czechoque, etc. Lips.* 1772. p. 33. *conflent*, cod. Heilsb.

(42) Codex habet *ppe*; nota vero in margine vetustae manus exhibet: *propē*. Ed. Ged. p. 56 *sancte Pape*. Jo. Sal. Semlerus p. 33. vero consulit legere: *sancto ei Papae*. Cod. Heilsb. *sancto Pape*.

(43) ut eis faveat pro spe, ed. Ged. p. 56. *ut eis fiat pro spe*, cod. Heilsb.

(44) *foveant*, Semlerus erronee p. 33.

(45) *mittant*, Semlerus non recte, ibid.

http://rcin.org.pl

Nec mora missi properant
Per terras, quas non noverant,
Pretereuntes (46) Galliam,
Pervenerunt Provinciam (47)

Missi munera proferunt,
Monachi grates referunt,
Causam narrant itineris,
Et qualitatem operis.

Tunc monachi continuo
Jeiunavere triduo.
Et dum agunt jeiunium
Mater concepit filium;

Et pro puero nunciant, (48)
Qui missi, sic inveniant. (49)
Monachi rem recipiunt,
Missi redire cupiunt.

Transeuntes Burgundiam,
Remearunt Poloniam.
Ergo gravem inveniunt
Ducissam, quando veniunt.

---

(46) *preterientes* ed. Ged. p. 57. *prete'ēntes*, cod. Heilsb.

(47) Intelligendam esse regionem Galliae hujus nominis *la Provence*, jam monuit Semlerus p. 33.

(48) *et pn'o* vel *pu'o pronunciant*, cod. Gnesn. Et *pro puero pronunciant*, cod. Heilsb. Semlerus p. 34. l. c. proponit: *pro puerpra* vel *puerum*. Ed. Ged. p. 57. *pro puerpera*. Nuda transpositio verborum sistit necessarium syllabarum numerum.

(49) *fuerant*, cod. Heilsb. et ed. Ged. ibid. Semlerus p. 34. *Qui missi ita faciant*, legit, supplendo: qui missi rogant, ut ista faciant per S. Aegidium.

http://rcin.org.pl

Sic puer ille nascitur,
Qui Bolezlauus dicitur,
Quem Wladislaus genuit
Dux, sicut (50) deus voluit.

Genitrix Judith nomine
Fatali forsan omine;
Judith (51) salvavit populum
Per Holofernis jugulum. (52)

Jsta peperit filium,
Triumphatorem hostium,
De cujus gestis scribere,
Jam tempus est insistere. —

---

(50) *sic* pro *sicut*, ed. Ged. p. 57. et cod. Heilsb. SEMLERUS p. 34. bene correxit in *sicut*.

(51) *Judith*, tres syllabae, SEMLERO jam observante p. 34. si *salvat* legitur.

(52) Qui duo versus corrupti ita leguntur in cod. Gnesn. *Angelus Judith salutavit pplum per holofni* (vel *holofn̄*), ubi deest dein vox *jugulum*. Recepi verba cod. Heilsb. ubi tamen *Olofernis* scriptum, absque lit. H. Ed. Ged. p. 57. *salvat*, non recte.

http://rcin.org.pl

INCIPIUNT CRONICA (1)

et gesta ducum sive principum polonorum.

Primo prohemium. (2)

Quoniam orbis terrarum in universitate spaciosa a regibus ac ducibus plurimis (3) plurima memoria digna geruntur, (4)

que fastidiosa negligencia, philosophorum (5) forsitan inopia, silencio conteguntur,

opere precium duximus, quasdam res gestas polonicorum principum, gracia cujusdam gloriosissimi ducis ac victoriosissimi, nomine Bolezlavi, stilo puerili, (6) pocius exarare,

quam ex toto posterorum memorie nihil notabile (7) reservare.

---

(1) *cronice*, sed litera ult. *e.* in *a* est mutata a correctore.

(2) Omnia haec desunt in ed. Ged. p. 57. et in cod. Heilsb. qui habet solum: *prohemium.*

(3) *regitur*, *qui* addit ed. Ged. p. 57. contra auctoritatem codicum, videns in voce *orbis* nominativum pro genitivo causu, non recte.

(4) *memoria geruntur*, cod. Gnesn. *memoria digna gerunt*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 57.

(5) *phor.* habet cod. Gnesn. *plurimorum*, cod. Heilsb. et ed. Ged. ibid.

(6) *incondito*, ed. Ged. p. 57. cod. Heilsb. spatium vacuum loco hujus vocis habet.

(7) *mutabile*, p. *notab.* legit uterque cod. *memorabile*, Potocki p. 27.

http://rcin.org.pl

Ob hoc etiam (8) maxime: quod (9) dei dono, precibusque sancti Egidii, natus fuit,

per quem, ut (10) credimus, bene fortunatus, semperque victoriosus extitit.

Sed quia regio Polonorum ab itineribus peregrinorum est remota,

et nisi transeuntibus in Rusiam (11) pro mercimonio (12) paucis nota,

si breviter inde disseratur, (13) nulli videatur absurdum,

et si pro parte describendo totum (14) inducatur, nemo reputet onerosum.

Igitur (15) ab aquilone Polonia septentrionalis pars est Slavonie (16), que habet ab oriente Rusiam, ab austro Ungariam, a subsolano Moraviam et Bohemiam, ab occidente Daciam (17)

---

(8) *et jam*, quod saepenumero in Gnesn. codice duabus vocibus separatis scriptum occurrit pro *etiam*, *eciam*. Cod. Heilsb. sistit semper *ecciam*.

(9) *maximeque*, pro *m. quod* ed. Ged. p. 57. Cod. Heilsb. *maxime quod*.

(10) *ut*, recepi ex ed. Ged. ibid. quam vocem habet et cod. Heilsb.

(11) *Russiam* per duplex *s*. cod. Heilsb. ubicunque sistit vocem scriptam.

(12) *pro mercimonio* desunt in ed. Ged. p. 57. adsunt tamen in cod. Heilsb.

(13) cod. *deseratur*, ed. Ged. p. 57. *describatur*. Cod. Heilsb. *desja ?*

(14) *si describendo pro parte tota inducatur*, ed. Ged. p. 57. Sic et cod. Heilsb. qui *totum* pro *tota* tamen habet.

(15) cf. Dlugos. I. 9.

(16) Sclavonie olim legebatur, sed lit. c. in M. S. per correctorem deleta apparet. *Sclavonie* cod. Heilsb. et ed. Ged. habent.

(17 *Daniam forsan* est legendum.

http://rcin.org.pl

et Saxoniam collaterales, ad mare autem septentrionale vel anphitrionale (18) tres quoque (19) affines barbarorum gentilium ferocissimas naciones Selenciam (20) Pomeranam et Prusiam (21),

contra quas regiones Polonorum dux assidue pugnat,

ut eas ad fidem convertat;

sed nec gladio predicacionis cor eorum a perfidia potuit revocari,

nec (22) gladio iugulacionis eorum penitus vipperalis progenies aboleri.

Sepe tamen principes eorum, a duce poloniensi (23) prelio superati, ad baptismum confugerunt,

itemque collectis viribus, fidem Christianam abnegantes, contra Christianos bellum denuo paraverunt.

Sunt etiam ultra eos (24) et infra brachia amphitrionis alie barbare gentilium naciones

---

(18) *vel anphit.* desunt in ed. Ged. p. 57. et cod. Heilsb.

(19) *habet*, pro *quoque* ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(20) In qua voce *Selenciam*, tam hoc loco, quam infra, *n.* non *u.* scriptum esse videtur in utroque cod. Ed. Ged. p. 57. habet *Seleuciam.* Intelligo non Silesiam, sed Slesvicensem terram.

(21) *Pomeraniam* et *Prussiam*, ed. Ged. ibid. *Pomoraniam et Russiam* cod. Heilsb.

(22) *nisi* habet cod. Gnesn., *nec* vero cod. Heilsb. et ed. Ged.

(23) *Polonie*, ed. Ged. p. 57. et cod. Heilsb.

(24) *eas*, ed. Ged. p. 57. verba vero: et *infra br. amphitrionis* desunt ibid: quae tamen siglis lectu difficilibus scripta adsunt in cod. Heilsb. qui simul *eos* non *eas* habet.

http://rcin.org.pl

et insule inhabitabiles, ubi perpetua (25) nix est et glacies.

Igitur terra Slavonica ad aquilonem hijs regionibus suis parcialiter (26) divisivis sive constitutis existens, a Sarmaticis, qui et Gete vocantur, in Daciam et Saxoniam terminatur, (27)

a Tracia autem per Ungariam, Hunis qui et Ungari dicuntur, condam occupatam (28), descendendo, per Carinthiam in (29) Bavariam diffinitur,

ad austrum vero juxta mare mediterraneum ab Eppyro derivando per Dalmaciam, Crovaciam (30) et Hystriam, finibus maris Adriatici terminata, ubi Venecia et Aquileia consistit, ab Hytalia (31) sequestratur.

Que regio, quamvis multum sit nemorosa, auro tamen et (32) argento, pane et carne, pisce et melle satis est copiosa,

et

(25) *perpetue*, cod. Heilsb.

(26) *parcialiter — — vocantur*, desunt in ed. Ged. p. 57. quae lacuna per *etc.* indicata conspicitur. Omnia tamen adsunt in cod. Heilsb. qui *duciam* pro *daciam* habet.

(27) *terminantur*, cod. Gnesn.

(28) *Hunis — — occupatam*, desunt in ed. Ged. p. 57. et cod. Heilsb.

(29) *Chorinthiam et*, omisso *in*, ed. Ged. p. 57. per *Chorinthiam et Bavariem*, cod. Heilsb.

(30) *Stromaciam et Istriam*, ed. Ged. et cod. Heilsb. Jo. Potocki p. 28. bene opinabatur *Croaciam*, quia Dalmacia superior una eademque terra.

(31) *Aquilegia consistunt, ab ytalia*, ed. Ged. p. 57. *Venacia et Aquilegia consistit*, cod. Heilsb.

(32) hoc loco, *et* recepi ex ed. Ged. ibid. quae tamen conjunctionem hanc bis dein repetitam omisit. Similiter habet cod. Heilsb. et Potocki p. 29.

http://rcin.org.pl

et in hoc plurimum alijs preferenda, quod cum (33) a tot supra dictis gentibus et Christianis et gentilibus sit vallata,

et a cunctis insimul et a singulis multociens impugnata,

nunquam tamen ab ullo (34) fuit penitus subiugata.

Patria, (35), ubi aër salubris, ager (36) fertilis,

silva melliflua, aqua piscosa,

milites bellicosi, rustici laboriosi,

equi durabiles, boves arabiles,

vacce lactose, oves lanose.

Sed ne digressionem nimium prolixam fecisse videamur,

ad intencionis nostre propositum revertamur.

Est autem intencio nostra de Polonia et duce principaliter Bolezlao (37) describere,

eiusque gratia, quedam gesta predecessorum, digna memoria, (38) recitare.

(33) *preferenda. Que eciam cum,* ed. Ged. p. 57. et cod. Heilsb.
(34) *ulla* ed. Ged. p. 57. *ullo,* cod. Heilsb.
(35) *Patria,* deest in ed. Ged. p. 58. et in cod. Heilsb.
(36) *terra,* ed. Ged. p. 58. et cod. Heilsb.
(37) *Boleslao principaliter,* cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 58. Simul observa, si volupe, diverso modo scriptum esse ubicunque nomen hoc proprium.
(38) *memorie,* ed. Ged. p. 58. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Nunc ergo sic ordiri materiam incipiamus, ut per radicem ad ramum arboris ascendamus.

Qualiter ergo ducatus honor cognationi huic acciderit,

subsequens ordo narrationis intimabit. (39)

(39) *intimaverit*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

LIBER PRIMUS (1)

CAPITULUM I.

De duce Popelone deductus (2) Chosisco.

Erat namque in civitate Gneznensi, que nidus interpretatur Slavonice, (3) dux, nomine Popel, duos filios habens, qui, more gentilitatis, ad eorum tonsuram grande convivium preparavit (4),

ubi plurimos suorum procerum et amicorum invitavit.

2*

(1) Hanc inscriptionem ego addidi B.

(2) Jn cod. Gnesn. est: *dctus*, quod et ordo grammaticus et ratio sana suadet legere: *deductus*, v. *ductus*. Cod. Heilsb. habet quidem: *dicto* Choszysto, et ed. Ged. p. 58. *dicto* Choszysk.. Sic et Potocki, vestigia premens editoris Ged., in versione tamen Gallica (p. 28. — 30.) substituit nomen a Dlugossio usitatum Chwostek, addens ex chron. Bogufhali (p. 13. ed. Varsav. de a. 1752.) rationem hujus denominationis, quia nempe paucos pilos oblongos in capite habebat et quasi scopula parva (mauvais balai) opprobrii causa appellabatur.

(3) Jn cod. Gnesn. erat *Sclavonice*, sed prima lit. c. dein deleta apparet.

(4) Sic ed. Ged. p. 58. et cod. Heilsb. *preparabat*, vero cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Contigit autem ex occulto dei consilio, duos illuc hospites advenisse, qui non solum ad convivium non sunt (5) invitati,

verum eciam a civitatis introitu cum iniuria sunt redacti (6),

qui statim civium illorum inhumanitatem (7) abhorrentes,

et in suburbium descendentes,

ante domunculam aratoris predicti ducis, pro filijs convivium facientis,

forte fortuna devenerunt.

Jlle vero bone compassionis pauperculus (8) hospites illos ad suam (9) domunculam invitavit,

suamque paupertatem eis benignissime presentavit.

At (10) illi pauperis invitacioni gratanter inclinantes,

et hospitalitatis tugurium subeuntes,

bene, inquiunt, nos advenisse gaudeatis,

et in nostro adventu bonorum copiam (11) et de sobole honorem et gloriam habeatis.

---

(5) *non sunt*, addidi ex ed. Ged. p. 58. quae desiderantur in cod. Negatio *non* in utroque tamen deest codice.

(6) *abacti*, ed. Ged. p. 58. *redacti* tamen legit cod. Heilsb.

(7) *inhumanitate*, cod. Heilsb.

(8) *predictos* (omittens *illos*) ed. Ged. p. 58. et cod. Heilsb.

(9) *propriam* loco *suam*, ed. Ged. et cod. Heilsb.

(10) *at*, deest in ed. Ged. p. 58. adest vero in cod. Heilsb. qui incuria scribae habet tamen: *At ille p. invitacionem.*

(11) Legebatur in cod. Gnesn. *hor.* (honoris), quae vox tamen deleta, et in margine appositum manu

http://rcin.org.pl

CAPITULUM II.

De Past, filio Chosischonis. (12)

Erant enim hospicii domestici: Pazt, (13) filius Chosisstconis, et uxor eius Repta vocabulo nuncupati (14),

qui cum magno cordis affectu, pro posse suo, hospitum necessitati ministrare sathagebant,

eorumque (15) prudenciam intuentes, secretum, si quid (16) erat, cum eorum consilio perficere disponebant.

---

posteriori *bonorum*. Cod. Heilsb. habet *honoris: copiam.*

(12) *De Pazt et filio* Choszyszconis, ed. Ged. p. 58. et cod. Heilsb. Sed Jo. Potocki p. 30. 31. substituit ex anonymo edito per Sommersbergium I. p. 4. nomen *Cohosficionis*, interpretatusque est *fils d'un charon. Cohosfiscio* tamen idem anon. *Cossico* anon. alius ibid. p. 16. exhibent vocem scriptam.

(13) Erat quidem *Pazto*, sed lit. o est erasa, ita tamen, ut adhuc clare appareat, in cod. Gnesn.

(14) *nūcupata* legebatur in cod. Gnesn. sed litera *a* per dimidiam partem dextram erasa mutata est in *i*. Ed. Ged. p. 58. et cod. Heilsb. *Erat enim hospitio domestici Pazt, filius Choszyszconis, et uxor ejus Repca voc. nuncupati. Erant in hospitio* legere consulit Semlerus p. 37.

(15) *qui eorum* ed. Ged. p. 58. et cod. Heilsb.

(16) *quod*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Cumque, de more, resistentes (17) colloquerentur de plurimis,

et peregrini: an ibi potus aliquid (18) haberetur? inquirerent, arator hospitalis

respondit: Est, inquit, michi vasculum cervisie fermentate, quam pro cesarie filii,

quem habeo, unici, tondenda (19) preparavi,

sed quid prodest hoc tantillum? (20) si libeat, ebibatis.

Decreverat enim rusticus,

ille pauper, quando (21) dominus

suus dux pro filijs convivium prepararet,

nam in alio tempore pre nimia paupertate non posset (22),

aliquid obsonii (23) pro suo tondendo parvulo preparare,

et quosdam amicorum et pauperum, non ad prandium, sed ad gentaculum (24) invitare.

---

(17) *rescientes* cod. Heilsb. quod deest in ed. Ged. *ad mensam residentes*, *anon.* Sommersb. I. p. 16.

(18) *aliquid*, deest in ed. Ged. p. 58. et in cod. Heilsb.

(19) *tondendā* tondend*am* legitur quidem in utroque codice, sed omittendam ultimam literam esse censeo, ut adjectivum congruat cum substantivo *cesarie*, quod in ablativo casu, nulla supra *e ult.* superposita linea, adspicitur.

(20) *inter tantos* annon. Sommersb. I. 16.

(21) *quia* pro *quando* ed. Ged. ibid. *quando* cod. Heilsb.

(22) *poterat* ed. Ged. ibid. *posset*, cod. Heilsb.

(23) *obsonii*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *obsenti*, cod. Gnesn.

(24) *jentaculum*, ed. Ged. p. 58. *gentaculum*, cod. Heilsb. et Gnesn.

http://rcin.org.pl

Qui eciam porcellum nutriebat,
quem ad illud servicium reservabat.
Mira dicturus sum, sed quid (25) valet, dei magnalia cogitare,
vel quis audet, de divinis beneficiis disputare?
qui (26) temporaliter pauperum humilitatem aliquociens exaltat,
et hospitalitatem eciam gentilium remunerare non recusat.
Jmperant igitur (27) hospites securi (28) cervisiam propinari,
quam bene noverant potissando (29) non deficere, sed augeri,
usque adeo enim crevisse fertur cervisia,
donec vasa mutuata replerentur omnia,
et que ducis convivantis invenere vacua.
Precipiunt (30) et porcellum supradictum occidi,
unde decem situle, Slavonice (31) Cebri,

(25) *quis*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(26) *qui pauperis humilitatem temperat, aliquocies* etc. ed. Ged. p. 58. et cod. Heilsb. incertum tamen est siglum, forsan *temporaliter*, non *temperat* legendum.
(27) *em̄* sed corrector cod. Gnesn. in margine apposuit *cibꝯ* — cibum.
(28) *serui*, cod. Gnesn. sed ed. Ged. p. 58. et cod. Heilsb. legit: *Imperant igitur ei hospites securi cervisiam propinare.*
(29) *propinando*, ed. Ged. p. 58. *potisando*, cod. Heilsb. prophetis*ando* cod. Gnesn.
(30) *Et que ducis — precipiunt*, desunt in ed. Ged. p. 59. adsunt vero in cod. Heilsb.
(31) Erat *Sclav.* in cod. Gnesn. sed lit. c. postea deleta. *Cebri* deest in ed. Ged. p. 59. legitur tamen in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

mirabile dictu, memorantur adimpleri. (32)

Visis igitur Pazt et Repta miraculis, que fiebant,

aliquid magni presagii (33) de puero senciebant.

Jamque ducem et convivas invitare cogitabant,

sed non audebant,

nisi prius peregrinos hoc (34) inquirant. (35)

Quid moramur? Consilio itaque hospitum et exhortacione dominus eorum dux et convive omnes ipsius (36) ab agricola (37) Pazt invitantur,

neque rustico suo dux invitatus (38) condescendere dedignatur.

Nondum enim ducatus Polonie erat tantus,

neque princeps orbis tanto fastu superbie tumescebat,

nec, tot cuneis clientele stipatus,

ita magnifice procedebat.

---

(32) *adimplete*, ed. Ged. ibid. *adimpleri*, cod. Heilsb.

(33) *magici prestigii*, ed Ged. p. 59. *magni presagii* vel *prestigii* cod. Heilsb.

(34) *hospites* pro *hoc*, ed. Ged. p. 59. cod. Heilsb. *hc. inquirant.*

(35) *interrogarent, qui annuunt consilio, itaque hospitum exhortatione*, ed. Ged. p. 59. sed cod. Heilsb. non recedit tali modo a cod. Gnesn. imo uterque iisdem fere verbis rem narrat.

(36) *ipsius*, deest in ed. Ged. p. 59. et in cod. Heilsb.

(37) *ad agricolam*, ed. Ged. ibid. *ab agricola*, cod. Heilsb. et Gnesn.

(38) *invitatus*, vox haec posita post verb. *dedignatur* in ed. Ged. p. 59. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Jnito (39) de more convivio, et habundanter omnibus apparatis, hospites illi puerum totonderunt,

eique Semovith vocabulum, ex presagio futurorum, indiderunt.

CAPITULUM III.

De duce (40) *Semovith filio Pazt.*

His itaque peractis, puer Semouith, filius Pazt Chossisconis (41), viribus et etate crevit,

et (42) de die in diem in augmentum proficere probitatis incepit (43),

eotenus, quod rex regum et dux ducum (44) eum Polonie ducem concorditer ordinavit,

et de regno Popiel (45) cum sobole radicitus extirpavit.

---

(39) *Parato*, ed. Ged. p. 59, *puto* errore scribae cod. Heilsb.

(40) Ante hoc nomen legebatur in cod. Gnesn. quidem *Semouithaii qui di* (dicitur, dictus) *Semouith* etc., sed voces *qui di*, sunt linea transversa deletae, permansit tamen nomen incorrectum, bis expressum: *Semouithaii Semouith*. In ed. Ged. et cod. Heilsb. tota inscriptio frustra quaeritur.

(41) *Choszyszconis* ed. Ged. p. 59. *Coszysconis*, cod. Heilsb.

(42) *et*, deest in cod. Heilsb. et ed. Ged.

(43) *cepit*, in cod. Heilsb. et ed. Ged.

(44) *ducum*, deest in ed. Ged. et in cod. Heilsb.

(45) In cod. Gnesn. erat quidem scriptum: *pumpil*, sed corrector mutato *u* in o, deleto *m*, et syllabae

http://rcin.org.pl

Narrant eciam seniores antiqui: quod iste (46) Popiel (47) a regno expulsus,

tantam (48) a muribus persecucionem paciebatur, quod ob hoc a suis consequentibus (49) in insulam transportatus,

et ab illis feris pessimis (50), illuc transnatantibus, in turre (51) lignea tam diu sit defensus,

donec, pre fetore pestifero (52) multitudinis interrempte, ab omnibus derelictus,

morte turpissima, monstris corrodentibus, exspiravit. (53)

Sed istorum gesta, quorum memoriam oblivio vetustatis abolevit,

et quos error et ydolatria defedavit,

memorare negligamus,

---

pil superposito *e*, efformavit *popiel*. Cod. Heilsb. legit: *popel cum sobole*. Ed. Ged. p. 59. vero arbitrarie sistit, *Popeli sobolem*, et Potocki p. 33.

(46) Cod. Gnesn. habet *istem* vel *rstem*. Deest haec vox in ed. Ged. *ysd*, cod. Heilsb.

(47) *Pumpil* vox iterum mutata a correctore, modo supra commemorato, in *Popiel*. Ed. Ged. p. 59. legit *Popel de* etc. quam lectionem sistit quoque cod. Heilsb.

(48) *tanto*, cod. Heilsb.

(49) *persequentibus*, ed. Ged. p. 59. et cod. Heilsb.

(50) *feris pes*, desunt in ed. Ged. leguntur tamen in cod. Heilsb.

(51) *turri*, ed. Ged. ibid. *turre*, cod. Heilsb.

(52) *pestifero*, ed. Ged. *pestifę*, cod. Heilsb. *pestifere* cod. Gnesn.

(53) Liceat annotare, quae a quodam homine rudi, litterarum ignaro, tradita sunt mihi. Plebs existimat, illo referente, habitatores villae *Myszy* dictae, prope civitatem Krusvicensem sitae, seditione facta,

http://rcin.org.pl

et ad ea recitanda, que fidelis recordacio meminit, ista (54) succincte nominando, (55) transeamus.

Semovith vero, principatum adeptus, voluptuose vel inepte iuventutem suam non (56) exercuit,

sed, usu laboris et milicie, probitatis famam et honorum (57) gloriam acquisivit,

atque sui principatus fines ulterius, quam aliquis antea, (58) dilatavit.

Cujus loco decedentis Lestik, filius ejus, subintravit, (59),

qui paterne probitati et audacie gestis sese militaribus adequavit. (60).

Llestik quoque morienti Semimizl (61) ejus genitus successit,

---

Popielum regno et vita privasse. Quae popularis simplex narratio confirmat apprime conjecturam doctissimi Ossolinscii: *Wiadomości historyczno-krytyczne* II. p. 412. 568. seqq.

(54) *istos*, non bene habet cod. uterque, *ista* ed. Ged. et Potocki p. 55.

(55) *memorando*, ed. Ged. p. 59. *nominando*, uterque codex.

(56) Deest, nec per correctorem addita negatio in cod. Gnesn. quam subsequentia exposcunt verba, et quae adest in ed. Ged. p. 59. Et in cod. Heilsb. deest *non*.

(57) *honoris*, ed. Ged. p. 59. et cod. Heilsb.

(58) *ante*, ed. Ged. ibid. *ante ea*, cod. Heilsb.

(59) *cui successit mortuo* Lesthko *filius ejus pro eo*, ed. Ged. p. 59. et cod. Heilsb.

(60) Hoc loco Lestik per duplex *Ll* scriptum nomen, moneo, ne aliquis errorem typographicum existimet. *coequavit*, Lesthkoni, ed. Ged. p. 59. et cod. Heilsb.

(61) *Szemomisl*, ed. Ged. ibid. *Szemimisl* cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

qui parentum memoriam et (62) genere et dignitate triplicavit.

CAPITULUM IV.

De cecitate Methconis filii (63) *Zemimizl ducis.*

Hic autem Semimizl magnum et memorandum Mesthconem (64) progenuit,

qui, primus nomine vocatus alio, (65) septem annis a nativitate cecus fuit;

septimo vero recurrente nativitatis eius anniversario,

pater pueri, more solito,

convocata comitum aliorumque suorum (66) principum concione, copiosam epulationem et solemnem celebrabat,

et tamen inter epulas, pre cecitate pueri quasi doloris et verecundie (67) memor, latenter ab intimo (68) pectore suspirabat.

---

(62) *generis dignitatem duplicavit*, ed. Ged. p. 59. *et gene' dignitate 8plicavit*; cod. Heilsb.

(63) *filiꝰ* habet cod. Gnesn. erronee. Ed. Ged. p. 59. legit: Mieszkonis *filii* Zemomisl *etc.* Similiter et cod. Heilsb.

(64) Zemomisl - Mieszkonem, ed. Ged. p. 59. et ubicunque tali modo legit. Mieszconem, cod. Heilsb.

(65) *illo* pro *alio*, ed. Ged. p. 59. et cod. Heilsb.

(66) *suorum*, deest in ed. Ged. p. 59. et in cod. Heilsb.

(67) *et v'e quottidie memor*, cod. Heilsb. quae omissa in ed. Ged. p. 59.

(68) *vno*, qua voce cancellata corrector in margine *intimo* posuit. *Doloris memor ab imo pectore suspirabat*, ed. Ged. p. 59.

http://rcin.org.pl

Alijs equidem exultantibus,
Et palmis ex consuetudine plaudentibus,
Leticia alia aliam cumulavit, (69)
Quae visum recepisse cecum puerum invitavit. (70)
At pater nulli nuncianti hoc (71) credidit,
Donec mater, de convivio exsurgens, ad puerum introivit,
Que patri nodum (72) ambiguitatis amputavit,
Cunctisque residentibus (73) videntem puerum pronunciavit.

(74) Tunc demum cunctis leticia plena fuit,
cum puer illos, quos nunquam viderat, recognovit,
sueque cecitatis ignominiam in gaudium extricabile commutavit.

Tunc Semimizl dux, seniores et discreciores, qui aderant (75), subtiliter sciscitatur:

---

(69) *cumulant*, ed. Ged. p. 59. *cumulavit* cod. Heilsb. quia ultima syllaba sic scripta: *at*.

(70) *invitavit*, ambo codices; *nunciat*, ed Ged. p. 59.

(71) *illi nuncianti hoc non*, ed. Ged. ibid. *non*, deest in cod. Heilsb.

(72) *nondum vulnus* pro *nodum* ed. Ged. p. 59. et cod. Heilsb.

(73) *residentibus*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *resistentibus*, cod. Gnesn.

(74) Quae sequuntur, usque ad finem fere hujus capituli, usque enim ad verba: *Semimisl autem senio confectus* etc. desunt in ed. Ged. p. 59. et in cod. Heilsb.

(75) *aderant* legendum esse existimo, quamvis M. S. habet *adherent*, vel *adherant*.

http://rcin.org.pl

si quid prodigii per cecitatem et illuminacionem pueri designatur?

Ipsi vero per cecitatem Poloniam sic antea fuisse quidem cecam indicabant,

sed de cetero per Meschonem illuminandam et exaltandam super naciones contiguas prophetisabant.

Quia et ita se habuit,

et aliter tum interpretari potuit.

Vere Polonia ceca prius erat,

que nec culturam veri dei nec doctrinam fidei cognoscebat,

sed per Meschonem illuminatum et ipsa illuminata (76),

quia eo credente Polonica gens de morte infidelitatis est exempta.

Ordine enim competenti deus omnipotens visum primus Meschoni corporalem restituit,

et postea et preterea spiritualem (77) adhibuit,

ut per visibilia ad invisibilium agnicionem penetraret,

et per rerum noticiam ad artificis omnipotenciam suspicaret;

doctus, (78) cur rota currus precurritur.

---

(76) *est*, adscripsit corrector in ed. Gnesn. hoc loco.

(77) *spiritalem*, habet cod. Gnesn.

(78) *d'r* vel *d'z* siglum hoc, si referatur ad verba praecedentia, legendum esse puto: *doctus*; sed forsan est additamentum posterioris manus, monens futurum scribam vel lectorem, ut argumenta auctoris ab historica narratione secerneret, et hoc casu siglum istud legendum foret: *dicitur*: *cur rota* etc. Kownacki, (p. 95.) non recte legens *cum* pro *cur*, verba,

http://rcin.org.pl

Semimizl autem, senio confectus, extremum vale (79) mundo fecit. —

CAPITULUM V.

Quomodo Mescho recepit Dobrowcam in uxorem (80)

At Mesco (81) ducatum adeptus, ingenium animi cepit et vires corporis (82) exercere,

ac naciones per circuitum bello sepius atemptare, (83)

adhuc cum (84) in tanto gentilitatis errore involvebatur (85),

quod sua consuetudine VII. uxoribus abutebatur.

Postremum (86) unam Christianissimam

---

quae inde sequuntur, non est interpretatus, sed praemisit: *iak mówią — ut proverbium fert, ut dicere amant.*

(79) *postmodum*, ed. Ged. p. 59. et cod. Heilsb.

(80) Desunt haec in ed. Ged. p. 60. et in cod. Heilsb.

(81) *Anno Domini* DCCCCLXV. Mieszko, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 60. In cod. Gnesn. *Mesco* vel *Mesto*, omissa hoc loco litera *h*, sed *c.* et *t.* non facile distinguuntur.

(82) *corporis*, deest in ed. Ged. p. 60. et cod. Heilsb.

(83) *attentare*, ed. Ged. ibid. *attemptare* cod. Heilsb.

(84) *tamen* pro *cum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(85) *volvebatur*, *qui* pro *quod*, ed. Ged. ibid. *volvebatur quod*, cod. Heilsb.

(86) a. 966. anon. Sommersb. I. 17. *postremo*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

de Bohemia Dubrowcam nomine in matrimonium requisivit. (87)

At illa, ni pravam consuetudinem illam dimittat (88),

seseque fieri Christianum promittat,

sibi (89) nubere recusavit.

Eo ergo (90) collaudante (91), se usum illius paganismi dimissurum,

et fidei Christiane sacramenta suscepturum,

illa domina, cum magno secularis et ecclesiastice (92) religionis apparatu, Poloniam introivit,

nec dum tamen thoro sese maritali federavit,

donec ille, paulatim consuetudinem Christianitatis et religionem ecclesiastici ordinis diligenter contemplans, errori gentilium abnegavit, (93)

seque gremio matris ecclesie cónunivit. (94)

CAPI-

(87) *Dambrowcam nomine requisivit, filiam ducis* Bohemie. ed. Ged. p. 60. et cod. Heilsb.

(88) *omittat*, ed. Ged. ibid. *dimittat*, cod. Heilsb.

(89) *quoque*, addit cod. Heilsb.

(90) *igitur*, ed. Ged. p. 60. et cod. Heilsb.

(91) *ipsam, se illius paganismi errorem dimissurum et fidei Christiane sacra suscepturum promittebat. Jlla* ed. Ged. p. 60. *collaudante, se ipsum illius paganismi dimissurum, sed fidei Xane sacramenta suscepturum Jlla.* cod. Heilsb.

(92) *secularis et ecclesiastice*, desunt in ed. Ged. p. 60. quae tamen habet codex Heilsb. *cum clericis tam religiosis, quam secularibus*, anon. Sommersb. l. 17.

(93) *seque* etc. desunt in ed. Ged. p. 60. et in cod. Heilsb.

(94) Juvat apponere hoc loco narrationem diversam Dithmari, episcopi Merseburgensis, (ex recensione

http://rcin.org.pl

Joan. Augustin. Wagneri. Norimbergae sumtib. Lechneri 1807. p. 97. lib. IV.), quae optimum sistit commentarium:

An. 986. „ Hic (Miseco, Poleniorum inclitus dux) a
„ Boëmia regione nobilem
„ sibi uxorem senioris Bolizlaui duxerat sororem,
„ quae, sicut sonuit in nomine,
„ apparuit veraciter in re.
„ *Dobrauua* enim Sclavonice dicebatur,
„ quod Teutonico sermone Bona interpretatur.
„ Namque haec Christo fidelis,
„ dum conjugem suum vario gentilitatis
„ errore implicitum esse perspiceret,
„ sedula revolvit
„ augustae mentis deliberatione,
„ qualiter hunc sibi sociaret in fide,
„ et omnimodis placare contendit;
„ non propter triformem mundi hujus nocivi appetitum,
„ quin potius propter futurae mercedis laudabilem ac universis fidelibus nimis desiderabilem fructum.
„ Haec sponte sua fecit ad tempus male,
„ ut postea diu operari valuisset bene.
„ Namque in quadragesima, quae conjunctionem praedictam proxima sequebatur,
„ cum a se abstinentia carnis et afflictione corporis sui decimationem Deo acceptum offerre conaretur,
„ dulci promissione a viro suimet propositum frangere rogatur.
„ Illa autem ea ratione consensit,
„ ut alia vice ab eodem exaudiri facilius potuisset.
„ Quidam dicunt, eam in una,
„ carnem manducasse quadragesima,
„ alii vero tres. —
„ Audisti nunc, lector, delictum ejus,
„ modo considera fructum elegantem piae voluntatis illius.

http://rcin.org.pl

„ Laboravit enim pro conversione conjugis sui,
„ ac exaudita est a benignitate conditoris sui,
„ cujus infinita bonitate persecutor suimet studiosus resipuit,
„ dum crebro dilectae uxoris hortatu innatae infidelitatis toxicum evomuit,
„ et in sacro baptismate naevum originalem detersit;
„ et protinus caput suum et seniorem dilectum membra populi hactenus debilia subsequuntur,
„ et nuptiali veste recepta inter caeteros Christi adoptivos numerantur.
„ Jordan, primus eorum antistes, multum cum eis sudavit,
„ dum eos ad supernae cultum vineae sedulus verbo et opere invitavit.
„ Tunc congratulantur legitimae conjugati, praedictus mas et nobilis foemina, illisque subdita omnis familia gaudet, se in Christo nupsisse.„

http://rcin.org.pl

CAPITULUM VI.

De Boleslao I. (1)

(2) Primus ergo Polonorum dux Mescho per fidelem uxorem ad baptismi graciam pervenit,

cui ad laudem et gloriam satis habundanter sufficit,

quod suo tempore et per eum oriens ex alto (3) regnum Polonie visitavit.

De hac namque benedicta femina gloriosum Boleslauum generavit,

qui post ipsius obitum (4) regnum viriliter gubernavit,

et in tantam, deo favente, virtutem et potenciam excrevit,

quod, ut sic eloquar, sua probitate totam Poloniam deauravit.

(1) Haec desunt in cod. utroque atque in ed. Ged. et a nobis sunt addita.

(2) *Anno Domini* DCCCCLXVII. *de hac benedicta femina Dambrowka gloriosus dux Boleslaus generatur, qui post patris obitum regnum* etc. ed. Ged. p. 60. et cod. Heilsb.

(3) *exalto*, quia una vox, legendum forsan *exaltatio*, quamvis nullum superpositum sit signum compendii, in cod. Gnesn.

(4) „ Sed anno dominicae incarnationis DCCCCXCII. „ regni autem tertii Ottonis Xmo et VIII. Kal. Junii „ praefatus dux (Miseco) jam senex et febricitans „ ab exilio hoc ad patriam transit (coelestem.) Dith-

http://rcin.org.pl

Quis enim eius gesta forcia vel certamina contra populos circumquaque commissa digne valeat (5) enarrare,

nedum etiam scriptis memoriabilibus (6) commendare?

Num quid non ipse (7) Moraviam et Bohemiam (8) subiugavit,

et in Praga ducalem sedem obtinuit,

suisque eam suffraganeis deputavit?

Num quid (9) non ipse Hungaros frequentius (10) in certamine superavit,

totamque terram eorum usque Danubium suo dominio mancipavit,

indomitos vero tanta virtute Saxones (11) edomuit,

qui (12) in flumine Sale (13), in medio terre eorum, meta ferrea fines Polonie terminavit?

MARI chron. ed. WAGNERI p. 99. lib. IV. Anonymus annum mortis 1001. designat, Sommersb. I. 17.

(5) *valuit*, ed. Ged. p. 60. et cod. Heilsb.

(6) *memorabilibus*, ed. Ged. p. 60. *memoralibus*, cod. Heilsb.

(7) *Namque ipse*, ed. Ged. ibid. In cod. Heilsb. siglum incertum.

(8) *et Behemiam* corrector in margine addidit in cod. Gnesn.

(9) *Nunquam* ed. Ged. p. 60. Siglum cod. Heilsb. in utroque loco *Numquid* indicare videtur.

(10) *frequentes* proponit inutiliter KOWNACKI p. 98. frequenter, ed. Ged. p. 60. *frequencius*, cod. Heilsb.

(11) *Saxones tanta virtute*, ed. Ged. p. 60. et cod. Heilsb. transponunt verba.

(12) *quod* pro *qui* ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(13) *Sala*, ed. Ged. ibid. *sale*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Quid igitur est necesse, victorias et triumphos de gentibus incredulis nominatim (14) recitasse,

quas, est constans, (15) eum quasi sub pedibus conculcasse?

Ipse namque Selenciam, (16) Pomoraniam, et Prusiam, usque adeo vel in perfidia resistentes contrivit,

vel conversas (17) in fide solidavit,

quod ecclesias ibi multas (18) et episcopos per apostolicum, ymmo apostolicus per eum, ordinavit.

Ipse etiam beatum Adalbertum, in longa peregrinacione et a sua rebelli gente Bohemica multas iniurias perpessum, ad se venientem, cum magna veneracione suscepit,

eiusque predicacionibus fideliter (19) et institucionibus obedivit.

Sanctus vero martir igne caritatis et zelo predicacionis accensus,

ut aliquantulum iam in Polonia fidem pullulasse et sanctam ecclesiam excrevisse conspexit, intrepidus,

Prusiam intravit,

---

(14) *nominali*, cod. Heilsb.

(15) *constat*, ed. Ged. p. 60. et cod. Heilsb.

(16) *Seleuciam, Pomeraniam, et Prussiam*, ed. Ged. p. 60. *selenciam pomoraniam*, cod. Heilsb.

(17) *conversos*, ed. Ged. ibid. *conversas*, cod. Heilsb.

(18) *mīcas*, vel *uīcas* vel *imcas*, quae quatuor lineolae in principio sigli cod. Heilsb. *magnificas* haud dubie exprimunt.

(19) *fideliter* praeponitur verbo *obedivit* in ed. Ged. p. 60 et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

ibique martirio suum agonem consumavit. (20)

Postea vero corpus ipsius ab ipsis Prusis Boleslauus auri pondere comparavit,

et in Gneznensi (21) metropoli condigno honore collocavit. (22)

Illud quoque memorie (23) commendandum estimamus,

quod tempore ipsius (24) Otto rufus,

imperator, ad sanctum Adalbertum, oracionis ac (25) reconciliacionis gracia,

simulque gloriosi Boleslawi cognoscendi fama,

introivit, sicut in libro: de passione martiris; potest propensius (26) inveniri.

Quem Boleslauus sic honorifice et magnifice suscepit,

ut regem (27) imperatorem Romanum ac tantum hospitem suscipere decens fuit.

Nam (28) miracula mirifica Boleslawi imperatoris adventu; acies inprimis militum multimodas, deinde principum in planicie spaciosa, quasi choros, ordinavit,

---

(20) *consionauit* (consignavit?) cod. Heilsb.
(21) *Gnezna*, ed. Ged. p. 60. et cod. Heilsb.
(22) *sepeliuit*, ed. Ged. ibid et cod. Heilsb.
(23) *dignum* addit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(24) *anno videlicet Domini M*, ed. Ged. p. 60. et cod. Heilsb.
(25) *et*, ed. Ged. ibid. *ac*, cod. Heilsb.
(26) *propensius*, deest in ed. Ged. p. 60. adest tamen in cod. Heilsb.
(27) *Rom. imperatorem*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(28) *magnificentiam mirificam Boleslaus in adventu imperatoris prodidit, inprimis acies* etc. loco subse-

http://rcin.org.pl

singulasque (29) separatim (30) acies diversitas indumentorum discolor variavit.

Et non quelibet erat ibi vilis (31) varietas ornamenti,

sed quidquid potest (32) usquam gencium preciosius reperiri.

Quippe Boleslawi tempore quique milites et queque femine curiales pallijs (33) pro lineis vestibus vel laneis utebantur,

nec pelles, quantumlibet preciose, licet nove fuerint, in eius curia sine pallio (34) et aurifrisio (35) portabantur.

Aurum enim eius tempore commune quasi argentum ab omnibus habebatur,

argentum vero ville quasi (36) pro stramine (37) tenebatur.

Cujus (38) gloriam et potentiam et divicias imperator Romanus considerans,

---

quentium verborum ed. Ged. p. 60. *Nam miracula mirifica Boleslaus in adventu imperatoris prepandit* (*p̄ẽdit* vel *p̄õdit*) *In primis acies*, cod. Heilsb.

(29) *quoque* pro *que*, ed. Ged. p. 60. *que*, cod. Heilsb.

(30) *separatum*, cod. Heilsb.

(31) *vilis*, deest in ed. Ged. p. 61. et cod. Heilsb.

(32) *potest*, cod. Gnesn. sed ed. Ged. *poterat*. cod. Heilsb. *p̄t.*

(33) *pellibus*, ed. Ged. p. 61. *pallys*, cod. Heilsb.

(34) *pellio*, ed. Ged. p. 61. et cod. Heilsb.

(35) Kownacki proponit (p. 186. not. 6.) *aurifrigio* et laudat verba *Joannis de Janua*, qui (in *summa*, *quae vocatur Catholicon*) ita testatur: *Frigia est quaedam vestis, quae fit in Frigia, quae et acupicta vocatur.*

(36) *quia* pro *quasi* ed. Ged. p. 61. *qua*, cod. Heilsb.

(37) *habebatur*, cod. Gnesn. sed vocem hanc erroneam et superfluam esse puncta supposita monent.

(38) *Ejusdem* pro *cujus*, ed. Ged. p. 61. *Cujus*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

admirando dixit: Per coronam imperii! (39) maiora sunt, que video, quam fama percepi; suorumque (40) consultu magnatum coram omnibus adiecit: Non est dignum tantum ac virum talem, (41) sicut unum de principibus, ducem aut comitem nominari,

sed in regale solium glorianter (42) redimitum dyademate sublimari.

Et accipiens imperiale dyadema capitis sui, capiti Bolezlawi, in amicicie fedus, imposuit,

et pro vexillo triumphali (43) clavum ei de cruce (44) domini cum lancea sancti Mauricii dono dedit,

pro quibus illi Bolezlauus sancti Adalberti brachium redonavit.

Et tanta sunt illa die dileccione cognati, (45) quod imperator eum fratrem et cooperatorem imperii constituit, (46)

---

(39) *mei*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(40) *que*, deest ibid.

(41) *ac — talem*, desunt in ed. Ged. p. 61. *tantum virum ac civem*, cod. Heilsb.

(42) *glorianter*, deest in ed. Ged. p. 61. adest tamen in cod. Heilsb.

(43) *trm̄phas* (triumphans?) cod. Heilsb.

(44) Kownacki in errore versatur, asserens: hanc vocem *de cruce* in codice M. S. Joach. Lelewelii frustra quaeri et ommissam esse. Reiiciens haec verba, tanquam additamentum posterius, legit: *clavum ei dominii* (pallium, vestem regiam.) Quae conjectura, utcunque acuta, repugnare videtur toti contextui et dignitati Boleslai.

(45) *cog'ti* — vel cogniti, (congregati) legi quoque potest. *Congregati* est in ed. Ged. p. 61. ubi simul *scilicet* pro *sunt* erronee impressum. *99'ti*, cod. Heilsb.

(46) *instituit*, ed. Ged. p. 61. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

et populi Romani amicum et socium appellavit.

Insuper eciam (47) in ecclesiasticis honoribus (48), quidquid ad imperium pertinebat, in regno Polonorum, vel in alijs superatis ab eo, vel superandis regionibus barbarorum, sue suorumque successorum potestati concessit, cuius paccionis decretum papa Silvester sancte Romane ecclesie privilegio confirmavit.

Igitur Bolezlauus in regem ab imperatore tam gloriose sublimatus inditam sibi liberalitatem exercuit (49), cum tribus sue coronationis (50) diebus convivium regaliter et imperialiter celebravit, singulisque diebus vasa omnia et supellectilia transmutavit, aliaque diversa multoque preciosiora presentavit.

Finito namque convivio, pincernas et dapiferos vasa aurea et argentea, nulla enim lignea ibi habebantur, cyphos videlicet (51), et

(47) *iam* corrector cod. Gnesn. in *tam* mutavit, non bene, ut reor, quia *eciam* saepe occurrit in codice scriptum per duas separatas voces: *et* vel *ec* interjectoque spatio vacuo sequitur *iam*. Exemplum hujusmodi scripturae praebent statim infra verba: *Insuper et iam alia plura dedit* (Boleslauus) *vasa* (Ottoni.) Ed. Ged. habet solum *et* p. 61. *et tam*, cod. Heilsb.

(48) *honoribus*, deest in ed. Ged. p. 61. *hominibus*, cod. Heilsb.

(49) *exeruit*, cod. Gnesn. *exercuit* vero ed. Ged. p. 61. et cod. Heilsb.

(50) *coronationis*, ed. Ged. p. 61. et cod. Heilsb. *consecrationis* vero cod. Gnesn.

(51) *videlicet*, deest in ed. Ged. ibid. adest in cod Heilsb.

http://rcin.org.pl

cuppas, lances, et scultellas (52), et cornua, de mensis omnibus trium dierum congregare (53) precepit,

et imperatori pro honore, non pro principali munere, presentavit.

A camerariis vero pallia extensa,

et (54) cortinas (55), tapecia, strata, mantilia, manuteria, (56),

et quecunque servicio presentata fuerunt, (57) iussit similiter congregare, (58),

et in cameram imperatoris comportare. (59)

Insuper eciam (60) alia plura dedit vasa,

scilicet aurea et argentea,

diversi operis,

pallia vero (61) diversi coloris,

ornamenta generis ignoti,

lapides preciosos, et hujusmodi (62),

tot et tanta presentavit,

quod imperator tanta munera pro miraculo reputavit.

Singulos vero principes eius ita magnifice muneravit,

---

(52) *scutellas*, ed. Ged. et cod. Heilsb.
(53) *congregari*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(54) *et*, deest in ed. Ged. p. 61. et cod. Heilsb.
(55) *cortinias*, ibid.
(56) *manutergia*, ibid. *manuteria* cod. Heilsb.
(57) *fuerant*, ibid. *fuerunt*, cod. uterque.
(58) *congregari*, ibid. in ed. Ged. et in cod. Heilsb.
(59) *comportari*, ibid. in ed. Ged. et cod. Heilsb.
(60) *Super* loco verbor. *insuper eciam*, ed. Ged. ibid. et cod Heilsb.
(61) *vero*, deest in ed. Ged. p. 61. et cod. Heilsb.
(62) *et hujusmodi*, desunt in ed. Ged. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

quod eos ex amicis (63) amicissimos acquisivit.

Sed quis dinumerare poterit, qualia et quanta nobilioribus (64) dona dedit?

cum nec unus quidem inquilinus
de tanta multitudine sine munere (65) recessit.

Jmperator autem letus,
magnis cum muneribus ad propria remeavit,

Bolezlauus vero regnans in hostes iram veterem renovavit.

CAPITULUM VII.

Quomodo terram potenter Bolezlauus Rusie intravit. (1)

Jgitur inprimis inserendum est serie, (2) quam gloriose et magnifice,

(63) *ex inimicis*, ed. Ged. p. 61. *ex limitis*, vel *limicis* (haud dubie *ex amicis*) cod. Heilsb.

(64) *majoribus* pro *nobilioribus* ed. Ged. p. 61. et cod. Heilsb.

(65) *non*, est in codicibus, quod omisi, quia duplex negatio non convenit hoc loco, nec eam ed. Ged. habet.

(1) Tota inscriptio in ed. Ged. p. 61. et in cod. Heilsb. deest.

(2) *seriei*, habent codices, sed rhythmus exigit, ut legatur *serie*.

http://rcin.org.pl

suam iniuriam de rege Ruthenorum vindicavit (3),

qui sibi sororem dare suam in matrimonium denegavit.

Quod Bolezlauus rex indigne ferens,

cum ingenti (4) fortitudine Ruthenorum regnum invasit,

eosque primum armis resistere conantes,

non ausos committere, (5) sicut ventus pulverem, ante suam faciem profugavit.

Nec statim cum (6) hostili more civitates capiendo,

vel pecuniam congregando,

suum iter retardavit,

sed ad Kyou (7), caput regni, ut arcem regni simul et regem caperet, properavit. (8)

At Ruthenorum rex, simplicitate gentis illius, in navicula tunc (9) forte cum hamo piscabatur,

---

(3) Loco verborum praecedentium, ed. Ged. p. 61. et cod. Heilsb. tale habent hujus capit. initium: *Nam A. D.* MXVIII. *contra regem Ruthenorum viriliter dimicavit, qui sibi* etc.

(4) *in magna*, ed. Ged. p. 61. et cod. Heilsb. pro *cum ingenti.*

(5) *sed non ausos*, omissa voce: *comittere*, ed. Ged. p. 61. et cod. Heilsb.

(6) *cum*, deest in ed. Ged. ibid. adest in cod. Heilsb.

(7) *Kyow*, ed. Ged. p. 61. et cod. Heilsb. — *th'yon* (*thryon*) habet cod. Gnesn. Maximam tamen similitudinem habere in cod. Gnesn. lit. *k.* cum litteris *tr* docent verba in cap. XIX. *katholica*, *Kazimirus* et pas. In cap. XXIII. *Kyow* tamen est scriptum.

(8) *festinavit*, ed. Ged. p. 62. quod deest in cod. Heilsb. incuria scribae.

(9) *tunc*, deest in ed. Ged. p. 62. *naui culati*? in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

cum (10) Bolezlauum adesse regem ex insperato nunciatur, (11)

quod ille (12) vix credere potuit,

sed tandem, (13) alijs et alijs sibi (14) nunciantibus, certificatus exhorruit.

Tùnc demum pollicem simul (15) et indicem ori porrigens,

hamumque sputo, more piscatorum, liniens,

in ignominiam sue gentis proverbium protulisse fertur: Quia Bolezlauus huic (16) arti non studuit,

sed arma militaria baiulare consuevit,

idcirco deus ad manum eius tradere civitatem istam, regnumque Ruthenorum, et divicias destinavit.

Hec dixit, nec plura prosecutus, fugam arripuit.

At (17) Bolezlauus, nullo sibi (18) resi-

---

(10) *cui* pro *cum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(11) *nunciant*, codices, sed mutavi propter rhythmum.

(12) *illa*, ed. Ged. p. 44. *ille* tamen in ipso contextu p. 62. bene habet. Cod. Heilsb. p. 135. et p. 93. *ille*, in utroque loco.

(13) *tamen* pro *tandem*, ed. Ged. p. 62. *tn̄*, cod. Heilsb. p. 135. *tand.* p. 93. cod. idem.

(14) *sibi* omittit ed. Ged. p. 44. in ipso vero contextu p. 62. habet hocce pronomen. Sic et cod. Heilsb. p. 93. 135.

(15) pro *simul* ed. Ged. habet *suum*. p. 44. sed in ipso contextu p. 62. narrationem hanc: *Tunc demum pollicem, etc.* usque ad verba: *fugam arripuit*, omittit. Simili modo scriptus est cod. Heilsb. p. 93. 135.

(16) huig — hujus habet cod. Gnesn. sed ed. Ged. p. 44. melius legit *huic*, quam lectionem recepi.

(17) *Tunc* pro *at*, ed. Ged. p. 62. Cod. Heilsb. p. 93. *at*.

http://rcin.org.pl

stente, civitatem magnam et opulentam ingrediens (19),

et evaginato gladio in aurea porta percuciens,

risu satis iocoso, suis admirantibus, (20) cur hoc fecisset? enodavit (21). Sicut, inquit, in hac hora (22) aurea porta civitatis ab isto ense percutitur,

sic in nocte sequenti soror regis ignavissimi, mi dari prohibita, (23) corrumpetur,

nec tum Bolezlauo thoro maritali sed concubinali, singulari vice tantum (24), coniungetur,

quatenus (25) hoc facto nostri generis iniuria vindicetur,

et Ruthenis ad dedecus et ad ignominiam imputetur.

---

(18) *scilicet* pro *sibi*, ed. Ged. p. 62. *sibi*, cod. Heilsb. p. 93. et 135.

(19) ed. Ged. p. 62. sic habet: *ingrediens, gladio in auream portam percussit, cumque civitate potentissima regno Ruthenorum potitus, cum magno thesauro in Poloniam remeabat.* Multa ergo iterum hoc loco desunt in contextu, quae jam alibi p. 44. impressa et inserta leguntur. Cod. Heilsb. p. 93. habet tamen omnia, quae sunt in cod. Gnesn.

(20) *ammirantibus*, ed. Ged. p. 44. et cod. Heilsb. p. 93.

(21) *enodat*, ed. Ged. p. 44. *enodavit*, cod. Heilsb. p. 93.

(22) *hora*, hanc vocem in cod. Gnesn. omissam, recepi ex ed. Ged. p. 44. et cod. Heilsb. p. 93.

(23) *mi dari prohibita*, desunt in ed. Ged. p. 44. adsunt in cod. Heilsb. p. 93.

(24) *tm̄* in cod. utroque, forsan *tum*, sed ed. Ged. habet *tantum*.

(25) *quatenus* deest in ed. Ged. p. 44. legitur tamen in cod. Heilsb. p. 93.

http://rcin.org.pl

Sic dixit, dictaque factis complevit.

Igitur rex Bolezlauus urbe ditissima, regnoque Ruthenorum potentissimo,

decem mensibus, quibus inde pecuniam in Poloniam transmittendo,

nunquam extitit ociosus, undecimo vero mense, quia regna quam plurima tenebat,

et puerum ad regnandum Meschonem adhuc idoneum non videbat,

loco sui, quodam ibi Rutheno sui generis in dominum constituto,

cum thezauro residuo Poloniam remeabat. (26) Illum itaque (27) cum ingenti gaudio, et pecunia (28) remeantem (29),

iamque Polonie finibus propinquantem, rex fugitivus, collectis viribus ducum Ruthenorum cum Plaucis et Pincinaturis, a tergo subsequitur,

---

(26) In contextu cod. Heilsb. p. 135. praecedens narratio contrahitur tali modo: *aliis et allis sibi nunciantibus certificatus exhorruit. Tunc B. civitatem magnam et opulentam nullo sibi resistente ingrediens gladio in auream portam percussit. Cumque civitate potentissma regnaque Ruthenorum potirent* (Sic) *cum magno thezauro in Poloniam remeabat.*

(27) *At illum* pro *illum itaque* ed. Ged. p. 62. et cod. Heilsb. p. 135.

(28) *ad propria*, verba vero *et pecunia* desunt, in ed. Ged. p. 62. et cod. Heilsb. p. 135. qui simul *gladio* pro *gaudio* non bene habet.

(29) ed. Ged. p. 62. et cod. Heilsb. *remeantem, rex Ruthenorum fugitivus, collectis viribus ducum Ruthenorum a tergo subsequitur, et ad etc.*

http://rcin.org.pl

et ad fluvium Bugam prelium (30) comittere, certus de victoria, conabatur.

Arbitrabatur (31) namque, Polonos, more hominum, de tanta victoria preda gloriantes,

unumquemque domum suam propinquare, utpote triumphatores terre sue finibus propinquantes,

et tamdiu extra patriam sine filijs et uxoribus immorantes.

Nec illud sine racione cogitabat,

quia magna pars iam Polonorum exercitus, rege nesciente, defluxerat.

At rex Bolezlauus videns, suos milites paucos esse,

hostes vero quasi cencies (32) tum (33) fere,

non (34) sicut ignavus et timidus,

sed ut audax et providus,

suos milites sic affatur:

Non est opus probos et expertos diu milites cohortari, (35)

nec

(30) *prelium* addit ed. Ged. p. 62. quod deest in cod. utroque.

(31) *Arbitratur* usque ad verba: *rege nesciente, defluxerat*, desunt in ed. Ged. p. 62. et cod. Heilsb.

(32) Legebatur in cod. Gnesn. *cecias*, sed corrector *a* in *e* transformavit.

(33) *tm̄* — tum, cod. Gnesn. sed ed. Ged. p. 62. legit *tantum*, et sic cod. Heilsb.

(34) *non sicut ignavus* etc. usque ad verba: *domum intrare, responderunt*, desunt in ed. Ged. p. 62. et cod. Heilsb.

(35) Legebatur in cod. Gnesn. *coartari*, sed a correctore dein transformatum in *cohortari*.

http://rcin.org.pl

nec triumphum sese nobis offerentem retardari,

sed est tempus, vires corporis animique virtutem exercendi.

Nam quid prodest, tot et tantas prius victorias habuisse,

vel quid prodest, tanta regna nostro dominio subiugasse,

tantasque divicias aliorum cumulasse,

si forte nunc subactos nos contingat, hec et nostra perdidisse?

Sed de (1) dei misericordia,

nostraque probitate comperta,

confido, quod si viriliter in certamine resistatis,

si more solito fortiter invadatis.

si iactancias et promissiones in predis dividendis et in conviviis meis habitas ad memoriam reducatis,

hodie victores finem laboris continui facietis,

et insuper famam perpetuam ac triumphalem victoriam acquiretis;

sin vero victi, quod non credo, fueritis,

cum sitis domini, servi Ruthenorum et uos et filii vestri eritis,

et insuper penas prelatis iniuriis turpissime rependetis.

Hec et hys similia rege Bolezlao proloquente, omnes sui milites hastas suas unanimiter protulerunt,

4

(1) Quae praeposito est superposita per correctorem in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

seque cum triumpho malle, quam cum preda turpiter, domum intrare, responderunt.

Tunc vero rex Bolezlauus, suorum unumquemque nominatim exhortans (2), in hostes confertissimos (3), sicut leo siciens, penetravit.

Nec est nostre facultatis recitare, quantas strages (4) sibi resistencium ibi fecit.

Neque quisquam valet hostium peremptorum (5) millia certo numero computare, quos constabat ad prelium sine numero convenisse, paucosque superstites fuga lapsos evasisse.

Asserebant namque plurimi pro certo, qui post multos dies, pro amicis vel propinquis inveniendis, ad locum certaminis de longinquis regionibus veniebant, tantam ibi cruoris effusionem fuisse, quod nullus poterat, nisi per sanguinem (6) vel (7) super cadavera, per totam planiciem ambulare, totumque (8) Bugam fluvium plus cruoris speciem (9) quam fluminis

(2) Contrahit ergo cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 26. tali modo filum narrationis: *At rex B. videns milites suos paucos esse, hostes vero quasi cencies tantum fere, suos milites confortans et de dei misericordia confidens, hostes confertissimos sicut leo*, etc.

(3) *confortissimos*, habet cod. Gnesn.

(4) *strages hostium ibi stravit.* ed. Ged. p. 62. et cod. Heilsb.

(5) *Quanta millia ibi ceciderint, enarrare.* Caetera, usque ad verba: *lapsos evasisse* desunt in ed. Ged. p. 62. et cod. Heilsb. in quo vox *enarrare* alia manu addita apparet.

(6) *cruorem* loco vocis *sanguinem* ed. Ged. p. 62. et cod. Heilsb.

(7) *et* pro *vel*, ed. Ged. *vel*, cod. Heilsb.

(8) *que*, deest in ed. Ged. et cod. Heilsb.

(9) *speciem*, deest in ed. Ged. sed adest in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

retinere. Ex eo enim (10) tempore Rusia Polonie vectigalis diu fuit.

CAPITULUM VIII.

De magnificencia et potencia Bolezlaui gloriosi. (1)

Plura itaque sunt et maiora gesta Bolezlaui, quam a nobis possint describi, vel tam (2) nudis sermonibus enarrari.

Nam quis aritmeticus (3) satis certo numero ferratas eius acies valeat computare, nedum eciam describendo victorias et triumphos tante multitudinis recitare?

De Poznan (4) namque mille CCC. loricati milites, cum IIII. millibus clipeatorum militum,

(10) *eciam* pro *enim* ed. Ged. p. 62. *em̄*, cod. Heilsb.
(1) *regis* loco *gloriosi* ponit ed. Ged. p. 62. et cod. Heilsb.
(2) *tam*, deest in ed. Ged. p. 62. et cod. Heilsb.
(3) *arthimaticus*, primis syllabis non tactis, mutavit solum corrector *a* posterius in *e*, ita, ut ergo sit: *arthimeticus*, in codice Gnesn. Cod. vero Heilsb. habet *arismeticus*.
(4) Hoc loco in cod. Gnesn. posterior, sed prisca manus, talem barbaram in margine apposuit glossam: *De magna populatione Gnezn. et Pozn. civitatum.*

http://rcin.org.pl

de Gneznen (5) mille quingenti loricati et quinque millia clipeatorum,

de Wladislau (6) castro octingenti loricati et duo millia clipeatorum,

de Gdech (7) CCC. loricati et duo millia clipeatorum;

---

(5) *Gnezna*, ed. Ged. p. 62. et cod. Heilsb.

(6) Cf. de hoc Naruszewicz hist. Narodu Pol. ed. 1780. II. p. 361. et in ed. 1803. p. 444. *Wladislaw*, cod. Heilsb.

(7) vel *Gdeth*, legitur in utroque codice, quia *c* et *t* non facile distinguuntur. Posterior manus, sed prisca, delevit in cod. Gnesn. hanc vocem linea per transversum ducta ac posuit in margine *Gdańsk*. Ed. Ged. habet *Condeck*. Anon. Sommersb. I. 18. habet *Odech*, vel potius *de Odecto* (ut testatur: *Zur historie und Genealogie von Schlesien auch denen im J. 1729. in Druck gegebenen Geschichtschreibern von Schlesien gehoerigen Zusätze* etc. *Breslau.* 1785. Stück I. p. 9. qui liber sistit supplementa et correcturas operis Sommersbergiani. Auctor anonymus Loewenheim erat gener Sommersbergii.) Variae sunt de hujus vocis significatu proprio conjecturae. *Santok* legere consulunt: Naruszewicz *hist. Nar. Polsk.* II. p. 67. VI. p. 195. — *Wiadomości o pierwiastkowéy miast zasadzie, etc. Warsz.* 8vo p. 4. — Jekel III. p. 61. — Surowiecki o *upadku miast w Polszcze*. p. 168. et alii. Frater meus: *Über die gräfliche Würde in Schlesien. Breslau.* 1810. p. 7. *Colberg* (: Kołobrzeg) legere proponit. Ipse quidem (*Zbiór rospraw o przedmiotach prawa Polskiego*. 1812. p. 57.) Santok legendum esse existimavi olim, sed recedo ab hac lectione. In Sommersbergio II. p. 85. ac in Dlugos so occurrit p. 711. mentio castri *Gedcz*, *Giecz*, et Cosmas Pragensis hoc interpretatur per *Gedeane*, (conf. Narusz. II. p. 299. vel praelectionis repetitae p. 408.), quae, quamvis non intelligamus de Dantisco, tamen pugnant pro lectione codicum. Dlugos-

http://rcin.org.pl

hi omnes, fortissimi
et ad bella doctissimi, (8)
magni (9) Bolezlaui tempore procedebant.
De alijs vero civitatibus et castellis et (10) nobis longus et infinitus labor est enarrare,
et vobis forsitan fastidiosum fuerit hoc audire.
Sed ut uobis fastidium numerandi (11) pretermittam,
numerum vobis sine numero multitudinis anteponam.
Plures namque habebat rex Bolezlauus milites loricatos,
quam habeat (12) nostro tempore tota Polonia clipeatos.
Tempore Bolezlaui totidem fere in Polonia milites habebantur,
quot homines cuiusque (13) generis nostro tempore continentur. —

---

sus refert quoque p. 465. Petrum, comitem Skrzynensem, in loco dicto *Gecz* ecclesiam construxisse.

(8) *promtissimi* loco *doctissimi*, ed. Ged. p. 62. cod. vero Heilsb. habet *de..... ssimi.*

(9) *magni* deest in ed. Ged et in cod. Heilsb.

(10) *et*, deest in ed. Ged. et in cod. Heilsb.

(11) *mirandi*, ed. Ged. p. 62. Cod. Heilsb. habet siglum, quod *numerandi* vocem exprimit.

(12) *habebat* erat scriptum in cod. Gnesn. sed ultimum *b.* corrector, linea ducta, notavit tanquam erroneum. Ed. Ged. p. 62. *habebat*. Cod. Heilsb. *hea̅t mxta* vel *iuxta.*

(13) *cujusvis*, ed. Ged. p. 62. *cuigcu̅* = cujuscunque, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM IX.

De virtute et nobilitate gloriosi Bolezlaui.

Hec erat Bolezlaui regis (1) magnificencia militaris,

nec inferior ei erat virtus obediencie specialis. (2)

Episcopos quippe suosque (3) capellanos in tanta veneracione retinebat,

quod, eis astantibus, sedere non presumebat,

nec eos aliter quam dominos (4) appellabat,

deum vero summa pietate colebat,

sanctam ecclesiam exaltabat,

eamque donis regalibus adornabat.

Habebat eciam preterea quoddam (5) iusticie

magnum et humilitatis insigne,

(1) *regis* deest in ed. Ged. p. 62. et cod. Heilsb.

(2) *spiritualis* pro *specialis*, ed. Ged. p. 62. *spāl.* cod. Heilsb.

(3) *suos atque*, ed. Ged. ibid. *suosque*, cod. Heilsb.

(4) Kownacki (p. 117. 187. 71.) bene hanc vocem interpretatus est idiomate vernaculo: *xiądz*; secutus auctoritatem Boguphali (Chronicon Poloniae. Varsav. 1752. p. 2.) Displicet tamen proposita per Kownacium conjectura, mutans non recte verba Boguphali: *Pan juxta* Graecam — *interpretationem* in *Gaetam*, quia utique Graece πᾶς, πᾶσα, πᾶν est: omnis, universus, totus.

(5) *quoddam*, deest in ed. Ged. p. 63. sed in ed. Heilsb. adest siglum, hanc vél similem vocem indicans.

http://rcin.org.pl

quod si quis (6) rusticus, pauper, vel mulierecula quelibet,

de quovis duce videlicet (7)

vel comite quereretur, quamvis esset magnis negociis occupatus,

multisque cuneis et magnatum et (8) militum constipatus,

non prius se de loco dimovebat (9),

donec causam ex ordine conquerentis auscultaret,

et pro illo, de quo querebatur, camerarium transmandaret.

Interim vero ipsum conquerentem alicui fideli suo commendabat,

qui eum procuraret, sibique causam, adversario adveniente, suggereret,

et sic rusticum quasi proprium (10) filium admonebat,

ne absentem sine causa accusaret,

et ne, iniuste conquerendo, iram quam alteri conflabat,

sibimetipsi cumularet.

Nec accusatus citissime, vocatus, venire differebat,

nec diem, a rege constitutum, qualibet occasione preteribat.

Adveniente vero principe, pro quo missum fuerat,

---

(6) *quando* pro *quis*, ed. Ged. p. 63. $q\tilde{n}$, cod. Heilsb.
(7) *videlicet*, deest in ed. Ged. p. 63. et. cod. Heilsb.
(8) *et*, addidi ex edit. Ged. ibid. deest enim in cod. Gnesn. adest in cod. Heilsb.
(9) *demouebat*, ed. Ged. p. 63. et cod. Heilsb.
(10) *pater* loco vocis *proprium* ed. Ged. p. 63. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

non se illi maligne (11) commotum ostendebat,

sed, alacri eum et affabili vultu recipiens, ad mensam invitabat,

neque ea die, sed sequenti, vel tercia, causam discuciebat.

Sicque diligenter rem pauperis, (12) ut alicujus magni principis, pertractabat. (13)

O magna discrecio

magnaque perfeccio

Bolezlaui, qui personam in iudicio non servabat,

qui populum tanta iusticia gubernabat,

qui honorem ecclesie ac statum terre in summo culmine retinebat.

Justicia in mirum et equitate (14) ad hanc Bolezlauus gloriam et dignitatem ascendit,

quibus virtutibus nuncio potencia Romanorum et imperium excrevit.

Tanta virtute, tanta potencia, tantaque victoria, regem Bolezlauum deus omnipotens decoravit,

quantam eius bonitatem et iusticiam erga se ipsum et homines recognovit.

---

(11) *maligno*, cod. Gnesn. *maligne* ed. Ged. p. 63. et cod. Heilsb.

(12) *pauperum*, ed. Ged. p. 63. *pauperis*, cod. Heilsb.

(13) *Hec est justitia* et *equitas Boleslai*, ponit hoc loco ed. Ged. p. 63. sed omittit reliqua hujus capituli, a verbis: *O magna discrecio*, usque ad finem. Qua cum editione convenit cod. Heilsb. hoc loco.

(14) Corrector cod. Gnesn. ex una duas periodos tali modo effecit, superpositis lineis et additis duobus verbis: *Justitiam in mirum modum et equitatem diligebat.* (*Ad.* etc.)

http://rcin.org.pl

Tanta gloria Bolezlauum, tanta rerum copia, tantaque leticia sequebatur,
quantam eius probitas et liberalitas merebatur.

CAPITULUM X.

(1) *De prelio Bolezlaui cum Ruthenis.*

Sed ista memorare subsequenti pagina differamus,
et quoddam eius prelium, novitate facti satis memorabile (2), referamus,
ex cuius rei consideracione humilitatem superbie preferamus.
Contigit (3) namque,
uno eodemque tempore,
Bolezlauum regem Rusiam,
Ruthenorum vero regem (4) Poloniam,
utroque de altero (5) nesciente,
hostiliter introisse,
eosque super fluvium (6),

(1) *Item*, praeponit cod. Heilsb.
(2) Ed. Ged. p. 63. et cod. Heilsb. habent tale initium hujus capituli: *Quoddam autem factum memoria dignum referamus, ex cujus* etc.
(3) *Contigit* ed. Ged. p. 63. et cod. Heilsb. *Contingit*, cod. Gnesn.
(4) *regem* deest in. ed. Ged. p. 63. et in cod. Heilsb.
(5) *alio* pro *altero*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(6) Hoc accidisse in ripis fluminis *Bug* Kownacki p. 112. opinatur.

http://rcin.org.pl

alterum in alterius terminum (7)
regionis, interposito flumine,
castra milicie posuisse.

Cumque nunciatum esset Ruthenorum regi: Bolezlauum ultra iam fluvium transivisse,
inque sui regni confinio, (8) cum exercitu consedisse,
existimans rex insulsus,
se quasi feram (9) in rethibus,
cum sua multitudine conclusisse,
proverbium ei magne superbie,
capiti suo retorquendum, dicitur mandavisse:

Noverit se Bolezlauus tamquam suem in volutabro canibus meis (10) et venatoribus circumclusum! Ad hec rex Polonicus (11) remandavit: Bene, inquit, (12) suem in volutabro nominasti, quia (13) in sanguinem (14) venatoris canumque tuorum, id est ducum et militum, (15) pedes equorum meorum inficiam, et terram tuam et civitates, cum ferus singularis (16), depascam.

---

(7) *termino*, habent cod. quod propter rhythmum mutavi.
(8) *confinie*, cod. Heilsb.
(9) *predam* pro *feram*, ed. Ged. p. 63. et cod. Heilsb.
(10) *meis*, deest in ed. Ged. p. 63. legitur vero in cod. Heilsb.
(11) *polonie*, cod. Heilsb.
(12) *inquam*, ed. Ged. p. 63. *inq.* cod. Heilsb.
(13) *quod*, ed. Ged. ibid. *quia*, cod. Heilsb.
(14) *sanguine canum et venatorum* ed. Ged. p. 63. et cod. Heilsb.
(15) *tuorum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(16) *cum feris* pro *cum ferus singul.* ed. Ged. p. 63. *cum feris singularibus*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

His verbis utrimque renunciatis, die sequenti solempnitas imminebat,

quam (17) rex Bolezlauus celebraturis (18) in diem tertium (19) bellum committere differebat.

Eo namque die animalia innumerabilia mactabantur,

que (20) sequenti solempnitate ad mensam regis, cum omnibus suis principibus comessuri (21) more solito, parabantur.

Omnibus itaque cocis (22), inquilinis, apparitoribus, parasitis

exercitus, ad animalium carnes et exta purganda super ripam fluminis (23) congregatis,

ex altera ripa Ruthenorum clientes et armigeri clamosis vocibus insultabant,

eosque probrosis iniuriis ad iracundiam lacessebant.

Illi vero nihil iniurie e contrario respondebant, (24)

sed intestinorum sordes et inutilia contra eorum oculos pro iniuria iaciebant. (25)

---

(17) *solemne inminebat, quod*, ed. Ged. p. 63. et cod. Heilsb.

(18) *celebraturus*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(19) *tertium* pro *certum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *certum*, cod. Gnesn.

(20) *quo* pro *que*, ed. Ged. p. 63. $\bar{q}$ cod. Heilsb.

(21) *pro comestione*, loco participii futuri, ed. Ged. p. 63. et cod. Heilsb.

(22) *coquis*, ed. Ged. ibid. *cocis*, cod. Heilsb.

(23) *fluminis*, deest in ed. Ged. p. 63. legitur vero in cod. Heilsb.

(24) *reddebant*, ed. Ged. ibid. $\bar{r}ndebant$ = respondebant, cod. Heilsb.

(25) Loco trium ultimorum verborum cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 63. legit: *projiciebant.*

http://rcin.org.pl

Cumque Rutheni magis eos magisque contumelijs incitarent,

et sagitis eciam acrius infestarent,

canibus (26), que tenebant, avibusque comissis, cum armis militum, in meridiana (27) dormiencium, fluvio transnatato, Bolezlaui parasitorum exercitus super tanta Ruthenorum multitudine triumphavit (28),

Bolezlauus itaque rex et exercitus totus,

clamore simul (29) et strepitu armorum excitatus,

quid nam hoc esset, sciscitantes,

cognita rei causa, facta ex industria dubitantes (30),

cum ordinatis aciebus in hostes, undique fugientes, irruerunt,

sicque parasiti nec gloriam victorie soli, nec sanguinum (31) noxam soli (32) habuerunt.

---

(26) *canibus* scripsit cod. Gnesn. corrector in margine, deleta erronea voce: *omnibus*. Sed ed. Ged p. 63. omisit haec verba: *canibus — — commissis*, quae tamen adsunt in cod. Heilsb.

(27) *meridie*, ed. Ged. p. 63. et cod. Heilsb.

(28) *triumphat*, ed. Ged. p. 63. *triumphavit*, cod. Heilsb.

(29) *simili* pro *simul* ed. Ged. p. 64. *simul*, cod. Heilsb.

(30) *causa ex industria cogitantes*, ed. Ged. p. 64. et cod. Heilsb.

(31) *sanguinem*, non recte est in cod. Gnesn. *sanguinum*, cod. Heilsb.

(32) *sibi*, videtur fuisse in codice Gnesn. qua voce plane fere atramento obducta, corrector in margine posuit: *soli*.

http://rcin.org.pl

Tanta vero fuit ibi militum flumen transeuncium multitudo (33),

quod non aqua videbatur ab inferioribus sed quedam itineris siccitudo.

Hoc autem tantillum dixisse de bellis eius sufficiat, (34)

quatenus eius mente recordatio ab auditoribus imitata (35) proficiat.

CAPITULUM XI.

De disposicione ecclesiarum (1) *in Polonia et virtute Bolezlaui.*

Igitur rex Bolezlaus (2) erga divinum cultum (3) in ecclesiis construendis,

et episcopatibus ordinandis, beneficiisque conferendis,

(33) *multitudo*, in utroque codice deest. Recepi hanc vocem ex ed. Ged. p. 64.

(34) *quatenus — — proficiat*, desunt in ed. Ged. p. 64. *quatenus vite ejus recordacio ab enditoi'bus* (sic!) *imitata prof.* cod. Heilsb.

(35) et *mutata* nil impedit legere, quia deficiunt puncta in utroque codice, quibus *i* saepe, sed non semper, indicatur.

(1) *equitatis* pro *ecclesiar.* ed. Ged. p. 64. et cod. Heilsb.

(2) Nomen regis hoc loco in cod. Gnesn. solum per unum *u* est scriptum, cum ubicunque fere vel per *w* vel per duplex *uu* expressum in cod. Gnesn. obveniat. Codex vero Heilsb. exhibet semper: *Boleslaus.*

(3) *erga divin. cult.* desunt in ed. Ged. p. 64. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

ita devotissimus (4) existebat,

quod suo tempore Polonia duos metropolitanos cum suis suffraganeis continebat.

Quibus ipse per omnia et in omnibus ita benivolus et obediens existebat,

quod si forte aliquis (5) principum (6), contra quemlibet (7) clericorum vel pontificum (8) litigii causam inchoabat,

vel si quidquam de rebus ecclesiasticis usurpabat,

ipse cunctis manu silencium indicebat,

et, sicut patronus et advocatus, pontificum causam et (9) ecclesie defendebat.

Gentes vero barbarorum in circuitu, quas vincebat,

non ad tributum pecunie persolvendum, sed ad vere religionis incrementum coercebat,

Jnsuper eciam ecclesias ibi de proprio construebat (10)

et episcopos honorifice clericosque canoni-

---

(4) *devotissimis*, cod. Gnesn.

(5) *aliquis*, deest in cod. Gnesn. sed adest in ed. Ged. p. 64. et in cod. Heilsb. qui habet *contra principum aliquis*.

(6) *principum*, deest in ed. Ged. ibid. adest in cod. Heilsb.

(7) *quemlibet*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *quelibet*, cod. Gnesn. non recte.

(8) *amicorum et presbiterorum* loco *clericorum et pontificum* non recte ponit ed. Ged. p. 64. et cod. Heilsb.

(9) *et*, deest in ed. Ged. p. 64. adest tamen in cod. Heilsb.

(10) *construebant*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

ce cum rebus necessariis apud incredulos ordinabat. (11)

Talibus ergo virtutibus,
iusticia et equitate,
timore scilicet (12) et dileccione,
rex Bolezlauus precellebat, (13)
talique discrecione,
regnum remque publicam procurabat.

Virtutibus si quidem multis ac probitatibus longe lateque Bolezlauus emicuit,

tribus tamen (14) virtutibus, iusticia, equitate, pietate, specialiter ad tantum culmen magnitudinis ascendit:

iusticia, quia sine respectu persone causam in iudicio discernebat;

equitate, quia principes et populum cum discrecione diligebat;

pietate, quia (15) Christum eiusque sponsam modis omnibus honorabat,

et quia iusticiam exercebat,

et omnes (16) equanimiter diligebat,

et matrem ecclesiam, virosque ecclesiasticos, exaltabat,

sancte matris ecclesie precibus, eiusque prelatorum interessionibus, cornu (17) eius in gloria dominus exaltabat,

---

(11) *apud eosdem ordinabat*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 64. *ordinavit*, cod. Gnesn.
(12) *videlicet* pro *scilicet* ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(13) *procedebat*, ed. Ged. p. 64.
(14) *cum*, cod. Gnesn. *tamen*, vero ed. Ged. p. 64. et cod. Heilsb.
(15) *qua*, ed. Ged. p. 64. *quia*, cod Heilsb.
(16) *omnia*, ed. Ged. p. 64. et cod. Heilsb.
(17) Ad hanc lectionem firmandam provocat Kowna-

http://rcin.org.pl

et in cunctis semper bene semperque prospere procedebat.

Et cum sic esset Bolezlauus religiosus in divinis,

multum tamen apparebat gloriosus in humanis.

CAPITULUM XII.

Quomodo Bolezlauus per suas terras sine lesione pauperum transibat. (1)

Eius namque tempore non solum comites, verum eciam quique (2) nobiles,

torques aureas inmensi ponderis baiolabant (3),

tanta superfluitate pecunie redundabant.

Mulieres vero curiales coronis aureis, monilibus, murenulis, (4) brachialibus aurifrisijs, et

cki (p. 120.) in Psalm. 88. v. 25. et in Horatii Lib. III. od. 15.

(1) *transiebat*, ed. Ged. p. 64. et cod. Heilsb.

(2) *quique*, deest in ed. Ged. ibid. adest tamen in cod. Heilsb.

(3) *baiulabant*, cod. Heilsb.

(4) vox haec *murenulis* in cod. Gnesn. est correcta, et lectio incerta, pro qua tamen pugnant: Moses IV. 3. Hieronym. epist. 15. et ex eo Isidor. orig. XIX. 31. observante Lelewelio in exemplari M. S. In ed. Ged. p. 64. deest haec vox. Cod. Heilsb. habet: *murenulis.*

http://rcin.org.pl

et gemmis ita onuste procedebant,

quod, (5) ni sustentarentur ab alijs, pondus metalli sustinere non valebant.

Talem eciam graciam ei deus contulerat,

et ita visu desiderabilis cunctis erat,

quod si forte quemlibet a conspectu suo, pro culpa veniali, momentaneo (6) removebat,

quamvis ille rerum suique libertate frueretur,

donec benivolencie eius ac (7) conspectui redderetur,

non se vivere sed mori, nec esse (8) liberum sed trusum carceri, reputabat.

Suos (9) quoque rusticos non, ut dominus, in angariam cohercebat,

sed, ut pius pater, quiete eos (10) vivere permittebat,

ubi enim suas staciones, suumque servicium determinatum (11) habebat,

nec libenter in tentoriis, sicut in unda, (12) vel in campis, sed in civitatibus et (13) castris frequencius habitabat.

5

(5) *que* pro *quod*, ed. Ged. p. 64. *quod*, cod. Heilsb.
(6) *et momentanea*, ed. Ged. p. 64. et cod. Heilsb.
(7) *et* pro *ac*, ed. Ged. p. 64. et cod. Heilsb.
(8) *se* pro *esse*, ed. Ged. p. 64. et cod. Heilsb.
(9) *que* pro *quoque*, ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb.
(10) *eosque* erat in cod. Gnesn. sed *que* linea ducta est deletum.
(11) *determinati*, vel *determinari* erat initio in cod. Gnesn. scriptum, sed ultima syllaba est immutata a correctore in *tum*. Illustrat rem Naruszewicz VI. p. 194.
(12) vel *nuda* per elipsin forsan terra, sed appositio *in campis* refellit hanc lectionem. Ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb. habent: *domo*.
(13) *vel in* pro *et* ed. Ged. p. 65. ac cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Et quociens de civitate stacionem in aliam transferebat,

alijs in confinio dimissis, alios vastandiones (14) et villicos comutabat. (15)

Nec quisquam, eo transeunte, viator vel operator boves vel oves (16) abscondebat,

sed ei pretereunti pauper vel (17) dives arridebat,

eumque cernere tota patria properabat.

CAPITULUM XIII.

De virtute et pietate uxoris Bolezlaui gloriosi. (1)

Duces vero, suosque comites, ac principes, acsi fratres vel filios diligebat,

eosque salva reverencia, sicut sapiens dominus, honorabat.

Conquerentibus enim super illis (2) inconsulte non credebat,

contra legem (3) condempnatos iudicium (4) misericordia temperabat;

---

(14) Kownacki p. 189. proponit pro hac voce *vasaldiones* (vasallos).

(15) *commutavit*, ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb.

(16) *et* pro *vel*, ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb.

(17) *et* iterum pro *vel*, ibid. et in cod. Heilsb.

(1) deest inscriptio in ed. Ged. p. 65. et in cod. Heilsb.

(2) *illos*, ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb.

(3) forsan legendum: *contra lege*, sed *legem* non bene habet uterque cod. *Contra legem damnatos, cum hoc intelligeret, liberavit.* Anon. Sommersb. I. 19.

(4) *cum*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

sepe namque uxor eius, (5) regina,
prudens mulier, et discreta,
plures (6) pro culpa morti deditos de manibus lictorum erripuit,
et ab imminenti mortis periculo liberavit,
eosque in carcere,
quandoque rege nesciente,
quandoque vero dissimulante,
sub custodia vite misericorditer reservavit.
Habebat autem rex amicos duodecim consiliarios (7), cum quibus eorumque (8) uxoribus,
eum curis et consiliis expeditum (9) convivari multociens et cenare delectabatur, et cum eis regni familiarius
et consilii misteria pertractabat,
quibus epulantibus,
pariter et exultantibus,
et inter alias locutiones in memoriam, ex occasione forte generis illorum dampnatorum, incidentibus,
rex Bolezlauus illorum morti, bonitate parentum, condolebat,
seque precepisse eos perimi penitebat. (10)
Tunc regina venerabilis,

5*

(5) *quam duxerat a.* 984. anon. Sommersb. I. 19.
(6) *multos* pro *plures*, ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb.
(7) *consiliatores* mutavit corrector in *consiliarios*.
(8) *et eorum*, ed. Ged. p. 65. conjunctio deest in cod. Heilsb.
(9) *omnibus curis et consiliis expeditis* pro *eum — — expeditum*, ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb.
(10) *permitebat* habet cod. Gnesn. sed substitui poenitebat ex ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

pium pectus regis blanda (11) manu demulcens,

sciscitabatur ab eo: si carum ei fieret,

si quis eos sanctus a morte (12) suscitaret?

Cui rex respondebat (13): se nichil tam (14) preciosum possidere,

quod non daret, si quis eos posset ad vitam de funere revocare,

eorumque progeniem (15) ab infamie macula liberare.

Hec audiens regina (16) sapiens et fidelis pij furti se ream et consciam acusabat,

et cum (17) amicis XII. et uxoribus eorum ad pedes regis pro sui dampnatorumque venia se (18) prosternebat,

quam rex, benigne complexans, cum osculo de terra manibus sublevabat,

eiusque fidele furtum, ymmo pietatis opera, collaudabat. (19)

Eadem ergo (20) hora pro captivis illis, per

(11) *blanda*, deest in ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb.
(12) *forsitan*, addit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(13) *respondit*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(14) *tam*, deest in ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(15) *progenie*, habet cod. Gnesn. errore scribae.
(16) *regina*, deest in ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb.
(17) *et eciam* legebatur in cod. Gnesn. sed corrector interlineatae voci *eciam* superposuit *cum*.
(18) *se*, apposui ex ed. Ged. p. 65. quamvis desit in utroque codice.
(19) *commendabat*, ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb.
(20) *igitur*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

mulieris prudenciam vite (21) reservatis, cum equis plurimis mittebatur, (22)

et euntibus redeundi terminus ponebatur.

Tunc vero leticia multiplex illis residentibus acrescebat,

cum regina regis honorem ac regni utilitatem sic sapienter observabat,

et rex eam, cum amicorum consilio, de suis peticionibus audiebat.

Illi autem, pro quibus (23) missum fuerat, venientes (24), non statim regi, sed regine, presentabantur,

qui, ab ea (25) verbis asperis et levibus (26) castigati, ad regis balneum ducebantur,

quos rex Bolezlauus, sicut pater filios, secum balneantes corrigebat,

eorumque progeniem memorando collaudabat:

Vos, inquit, tanta, vos tali (27) prosapia exortos, talia (28) comittere non decebat.

Etate quidem (29) provecciores verbis tantum, tam per se, quam per alios, castigabat,

---

(21) *vite*, haec vox in margine est apposita in cod. Gnesn. per correctorem, sed habet eandem et ed. Ged. et cod Heilsb.

(22) *mittebatur*, et hanc vocem supplevit in margine corrector codicis Gnesn.

(23) *missio facta fuerat*, ed. Ged. p. 65. *missum fuerat*, cod. Heilsb.

(24) *venientes*, deest in ed. Ged. et cod. Heilsb.

(25) *ab eo*, cod. Heilsb. non bene.

(26) *lenibus*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(27) *que*, addit ed. Ged. p. 65. quod deest in cod. Heilsb.

(28) *tali*, non recte habet cod. Gnesn. *talia*, cod. Heilsb.

(29) *vero* pro *quidem*, ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

in (30) minoribus (31) vero verbera cum verbis adhibebat, (32)
sicque paterne commonitos,
ac indumentis regalibus adornatos,
datis muneribus,
collatisque muneribus (33) honoribus,
ire domum cum gaudio permittebat. (34)
Talem igitur sese rex Boleslaus erga populum et principes exhibebat,
sic sapienter et timeri et amari se a cunctis suis (35) subditis faciebat.

CAPITULUM XIV.

De magnanimitate (1) *mense et largitate Boleslai.* (2)

Mensam vero suam sic ordinate, sic honorifice, retinebat,

(30) *in*, deest in ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(31) Ita legendum existimo, quamvis codex Gnesn. habet: *moribus*, absque ullo signo compendii scripturae. Ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb. habet: *minoribus*.
(32) Kownacki (p. 124.) inde deducit proverbium Polonicum: *sprawić komu łaźnię*.
(33) *munerib.* deest in ed. Ged. p. 65. et in cod. Heilsb.
(34) *permittebat*, ed. Ged. p. 65. et cod. Heilsb. *dimittebat*, cod. Gnesn.
(35) *sibi subjectis* pro *suis* etc. ed. Ged. p. 66. et cod. Heilsb.
(1) *magnitudine*, ed. Ged. p. 66. et cod. Heilsb.
(2) Vox haec iterum diverso modo hoc loco est scripta in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

quod omni die privato (3) quadraginta mensas principales, exceptis minoribus, erigi faciebat,

et nichil tamen (4) de alienis, sed de propriis, in hys omnibus expendebat.

Habebat etiam aucupes et venatores omnium fere nacionum,

qui suis artibus capiebant omne genus volatilium et ferarum,

de quibus singulis,tam quadrupedibus,quam pennatis,

cottidie (5) singula apponebantur fercula suis mensis.

CAPITULUM XV.

De disposicione castrorum et civitatum sui regni per Bolezlaum.

Solebat quoque magnus Bolezlauus,

in finibus regionum (6) ab hostibus conservandis (7) multociens occupatus,

suis villicis ac vicedominis (8):

(3) *privato* deest in ed. Ged. p. 66. et in cod. Heilsb.
(4) *in*, in margine additum exhibet cod. Gnesn.
(5) *cottidie*, deest in ed. Ged. p. 66. et cod. Heilsb.
(6) *regni* ed. Ged. p. 66. *reg'* cod. Heilsb.
(7) *observandis*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(8) *vicedinis*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

quid de indumentis in festis, animalibus (9) preparatis,

quidve de cibis et potibus in singulis civitatibus fieret (10)? interrogantibus, probissimum (11) posteris in exemplum comemorare, (12) sic inquiens: (13)

Sacius et honestius est, hic mihi (14) galline pullum ab inimicis conservare,

quam in illis vel illis civitatibus desidiose convivanti, insultanibus michi meis hostibus, locum dare. (15)

Nam pullum perdere, per virtutem

non pullum reputo, sed castrum vel ammittere civitatem.

Et advocans de suis familiaribus,

quos volebat, singulos singulis civitatibus,

---

(9) *festis annalibus* ed. Ged. ibid. *animalibus* cod. Heilsb.

(10) *etc.* addit ed. Ged. quamvis deest in utroque codice.

(11) Potest legi quoque vox haec *proverbium*. Sigla similia occurrant in capite VII. utriusque codicis, ubi narrat auctor: regem Ruthenor. protulisse *proverbium*.

(12) *interrogantibus — in exemplum*, desunt in ed. Ged. p. 66. adsunt tamen in cod. Heilsb.

(13) *inquirens*, cod. Heilsb.

(14) *eciam* pro *mihi*, ed. Ged. ibid. *mihi*, cod. Heilsb.

(15) *etc. et vocans de suis familiaribus*, desunt intermedia verba in ed. Ged. p. 66. Cod. vero Heilsb. locum corruptum offert: *num pullum reputo, sed castrum vel ammittere civitatem et vocans de suis.*

http://rcin.org.pl

vel castellis deputabat (16), qui loco sui castellanis (17) et civitatibus convivia celebrarent (18),

ac indumenta, (19) aliaque dona regalia, que rex dare consueverat suis fidelibus, presentarent.

Talibus dictis et factis admirabantur universi prudenciam, ingenium

et tanti viri, conferentes (20) ad invicem:

Hic est vere pater patrie, hic defensor,

hic est dominus, (21) non aliene pecunie dissipator,

sed honestus rei publice dispensator,

qui dampnum rustici violenter ab hostibus illatum,

castello reputat vel civitati perdite (22) conferendum.

Quid multis moramur? (23)

Si singula facta vel dicta magni Boleslaui

---

(16) *castellis preficiebat atque civitatibus*, ed. Ged. p. 66. *preferebat*, cod. Heilsb.

(17) *in castellis* pro *castellanis* ed. Ged. p. 66.

(18) *prepararent*, ed. Ged. p. 66. et cod. Heilsb.

(19) Hanc lectionem recepi ex ed. Ged. p. 66. et cod. Heilsb. *indomita* sistit cod. Gnesn.

(20) cod. Gnesn. habet *prudenciam ingenium et*, codex Heilsb. et ed. Ged. vero ponit conjunctionem inter duo substantiva, legitque *pr. et ing. talis viri*; *consencientes ad invicem* cod. Heilsb. *conferentes*.

(21) *hic est dominus*, desunt in ed. Ged. p. 66. et cod. Heilsb.

(22) *prodite*, ed. Ged. p. 66. *perdite*, cod. Heilsb.

(23) *Quam multis immoraremur*, *si* ed. Ged. p. 66. Codices ambo conveniunt in eadem lectione.

http://rcin.org.pl

memoranda (24) carptim (25) voluerimus scriptitare, (26)

quasi si stilo laboremus guttatim pelagus exsiccare,

sed quid nocet ociosis lectoribus hoc audire?

quod vix (27) potest cum labore historiographus invenire.

CAPITULUM XVI.

De morte Bolezlai gloriosi laudabili. (1)

Cum igitur tot et tantis rex Bolezlauus diviciis probisque (2) militibus, ut dictum est, plus quam rex alius habundaret,

querebatur (3) tamen semper, quod solis militibus indigeret.

(24) *memoranda*, deest ibid. et in cod. Heilsb.

(25) *cartim*, est in cod. utroque, ed. Ged. ibid. bene exhibet *carptim*.

(26) *scripturare*, ed. Ged. ibid. *scriptitare* tamen cod. Heilsb.

(27) *vir*, cod. Gnesn. *vix* vero ed. Ged. p. 66. et cod. Heilsb. in quo deest *potest*.

(1) Desunt verba argumenti omnia in ed. Ged. p. 66. et in cod. Heilsb.

(2) *atque* loco vocis *probisque* ed. Ged. p. 66. et cod. Heilsb. in quibus verba alio ordine transponuntur in principio capitis.

(3) *querebat*, est in cod. utroque, bene vero in ed. Ged. *querebatur*.

http://rcin.org.pl

Et quicunque (4) probus hospes aput eum in milicia probabatur,
non miles ille sed regis filius vocabatur.
Et si quandoque, ut assolet, eorum aliquem (5) infelicem in equis vel in alijs audiebat,
infinita dando ei, circumstantibus alludebat:
Si possem sic hunc probum militem a morte diviciis liberare,
sicut possum eius infortunium et paupertatem mea copia superare,
ipsam mortem avidam diviciis onerarem, (6),
ut hunc florem (7) tam audacem in milicia reservarem.
Quo circa talem ac tantum virum successores debent (8) virtutibus imitari,
ut valeant ad tantam gloriam et potenciam sublimari.
Qui cupit post vitam acquirere tantam (9) famam,
acquirat, dum vivit, (10), in virtutibus tantam palmam.

---

(4) *quidq'ua* habet cod. Gnesn. in qua voce penultima per dimidium, ultima vero litera tota sunt deletae tam punctis duobus suppositis, quam linea per transversum ducta.
(5) *quemlibet*, cod. Gnesn. melius vero cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 66. *aliquem* legunt.
(6) *honorarem*, habet cod. Gnesn. *onerarem* vero ed. Ged. p. 66. et cod. Heilsb.
(7) *talem* (omisso *florem*) — — *conservarem*, ed. Ged. p. 66. et cod. Heilsb.
(8) *debent successores*, ed. Ged. p. 66. et cod. Heilsb.
(9) *tantam acquirere*, ed. Ged. p. 66.
(10) *ipse*, addit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Si quis captat Boleslao memoriali titulo aparari, (11)
elaboret suam vitam eius vite (12) venerabili conformari.
Tunc (13) erit virtus in gestis (14) militaribus collaudanda,
cum fuerit vita militis (15) honestis moribus adornata.
Hec erat magni (16) Bolezlaui gloria memoranda.
Talis virtus recitetur ut (17) posterorum memorie imitanda.
Non enim invacuum deus illi graciam super graciam cumulavit,
neque (18) eum sine causa tot regibus ac ducibus antefecit,
sed quia deum in omnibus et super omnia diligebat,
et quoniam (19) erga suos, sicut pater erga filios, caritatis visceribus affluebat.
Unde cuncti, et specialiter,
quos venerabatur,

---

(11) *comparari*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 66.
(12) *vita*, cod. Gnesn. non recte.
(13) *autem* pro *erit*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 66.
(14) *gestis est collauda*, cod. Heilsb. *collaudata*. ed. Ged. p. 66.
(15) *fuit vita multis* cod. Heilsb. et ed. Ged.
(16) *magna*, ed. Ged. p. 67. *mag'*. cod. Heilsb.
(17) *recitatur*, omisso *ut*, ed. Ged. p. 67. et cod. Heilsb.
(18) *nc si* nec si, habet cod. Gnesn. at cod. Heilsb. et ed. Ged. *nec sic* p. 67.
(19) *quia*, ed. Ged. p. 67. *q̄m*, codices.

http://rcin.org.pl

episcopi et archiepiscopi, (20)
abbates, monachi, clerici, (21)
sedulo eum suis precibus domino comendabant,
duces vero, comites,
alijque proceres,
hunc semper victorem,
hunc sibi fore superstitem,
exoptabant.
Gloriosus itaque Bolezlauus,
felicem vitam laudabili fine concludens,
cum sciret, se debitum,
carnis universe completurum, (22)
tum (23) omnibus suis ad se principibus et amicis
undique congregatis,
de regni gubernacione et statu secrecius ordinavit,
eisque multa post se mala futura, voce prophetica, nunciavit. (24)
O utinam fratres (25) mei, inquit, quos delicate, tanquam mater filios, enutrivi, (26) que, positus in agone, nascitura (27) video, uobis in prospera convertantur,

(20) *archiep. episcopi*, cod. Heilsb.
(21) pro verbo *clerici* ponit *presbiteri* ed. Ged. p. 67. et cod. Heilsb.
(22) *opletor* — completorum, est male in cod. Gnesn.
(23) *cum* pro *tum*, ed. Ged. p. 67. et cod. Heilsb.
(24) *pronunciavit*, ed. Ged. p. 67. et cod. Heilsb.
(25) *fratres*, deest ibid. In cod. Heilsb. vero vacuum spatium.
(26) *innutrivi*, ed. Ged. p. 67. et cod. Heilsb.
(27) *noscitura*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

et utinamque (28) ignem sedicionis accendentes deum et hominem vereantur!

Heu! heu! iam quasi per speculum in enigmate video regalem prosapiam (29) exulantem (30) et oberantem,

et hostibus, quos sub pedibus conculcavi, misericorditer (31) supplicantem.

Video eciam de longinquo de lumbis meis procedere quasi carbunculum emicantem,

qui, gladii mei capulo connexus, suo splendore Poloniam totam efficiet (32) relucentem (33).

---

(28) *et tuti namque sediciones accedentes deum et homines vereantur*, cod. Heilsb. quo loco corrupto plane omisso ed. Ged. p. 67. offert solum *etc.* Quamvis et cod. Gnesn. habet *et tuti namque*, legendum esse putavi: *utinamque.*

(29) *regem* pro *regal. prosap.* ed. Ged. p. 67. *regem talem pro sapiencia*, cod. Heilsb.

(30) *exultantem*, ambo codices.

(31) *misor* erat quidem in cod. Gnesn. sed correctum postea eadem manu.

(32) *efficit*, cod. Gnesn. *efficiet*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 67.

(33) Paprocki l. c. hoc modo orationem hanc profert: Heu! heu! iam quam per speculum video prolem et prosapiam meam exulem fore de regno hoc et supplicem hostibus meis infestissimis, quos ego domueram. Video regnum in multa variaque frusta scindi, video quantum hic sanguinis fundetur, tam interno, quam externo hoste, idque justo dei judicio permittendum cultumque ejus divinum negligē. in varia schismata scindentur, luxum et molitiem amabunt, hujusque solius regni angor et solicitudo spiritum meum consumit, nisi me altior spes refficeret. Video enim propitiationem divinam, post longa tempora prolem meam non derelicturam, ecce vir exi-

http://rcin.org.pl

Tunc vero luctus et meror ibi astancium et hoc audiencium cordis viscera penetravit, et pre dolore nimio mentes omnium stupor vehemens occupavit.

Cumque, paulisper dolore compresso (34), Bolezlauum inquirerent:

quanto tempore funus ipsius habitu cultuque lugubri celebrarent?

voce veridica respondit:

nec mensibus nec annis terminum (35) doloris uobis pono, sed quicunque me cognovit, meamque graciam acquisivit,

memor mei diu (36) cottidie me plorabit.

Et non solum, qui me noverunt, meamque benivolenciam habuerunt, me plorabunt (37)

sed etiam eorum filii, fiiliique filiorum, Boleslaui regis obitum, narrantibus alijs, condolebunt.

Bolezlauo igitur rege de mundana conver-

---

bit de lumbis meis, qui pristinam gloriam regno suo restituet, dispersa congregabit, superbiam hostilem humiliabit, et quicunque calcitraturus est contra regnum hoc, capulo gladii mei conteretur.

(34) *dolore compresso* substitui ex ed. Ged. p. 67. quamvis: *dolorem et p̄sso*, ambo habeant codices.

(35) *terminum*, deest in cod. Gnesn. addidi ex ed. Ged. p. 67. et cod. Heilsb.

(36) *die*, habet cod. Gnesn. sed ed. Ged p. 67. pro hac et subsequente voce *die nocteque*, quacum convenit quoque cod. Heilsb.

(37) *me plorabunt*, desunt in cod. Gnesn. apposui ex ed. Ged. p. 67. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

sacione descendente (38), etas aurea in plumbeam (39) est conversa.

Polonia prius regina,

auro radiante cum gemmis coronata,

sedens in pulvere, viduitatis vestibus involuta (40),

in luctum cythara, plausus (41) in merorem, gaudium (42) in suspiria convertuntur.

Illo nimirum anno continuo (43) nullus in Polonia convivium publice celebravit,

nullus nobilis vir vel femina (44) vestimentis se solempnibus adornavit.

Nullus plausus, nullus cythare sonus, audiebatur in tabernis,

nulla cantilena puellaris, nulla vox leticie resonabat (45) in plateis.

Hoc per annum est a cunctis universaliter (46) observatum,

sed viris nobilibus et feminis plorare Bolezlauum est cum vite termino terminatum.

Re-

(38) a 1025. anon. Sommersb. I. 20.

(39) *aureas — plumbeas* erat per incuriam scriptum, sed superfluae litt. s. postea sunt deletae per correctorem, in cod. Gnesn.

(40) Vsum esse auctorem dictionibus sacrae scripturae, redolentibus Judaicos ritus, testatur Kownacki, (p. 132.) laudans Jsai. c. 11. et Genes. 38. 19.

(41) *pallium*, cod. uterque, *plausus*, ed. Ged. p. 67.

(42) *organum*, cod. Gnesn. *gaudium* ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(43) *continuo* deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

(44) *se vestibus*, ed. Ged. p. 67. et cod. Heilsb

(45) *audiebatur* ed Ged. ibid. ed cod. Heilsb.

(46) *universaliter* deest in ed. Ged. ibid. legitur tamen in cod. utroque.

http://rcin.org.pl

Rege itaque Bolezlauuo inter homines exeunte, pax et leticia rerumque copia videntur (47) simul de Polonia commeasse.

Hactenus Bolezlaui magni laudibus termini (48) metam imponamus,

eiusque funus aliquantulum carmine lugubri lugeamus.

De morte Bolezlaui carmina. (1)

Omnis etas, omnis sexus, omnis ordo currite!
Bolezlaui regis funus condolentes (2) cernite,
Atque mortem tanti viri simul mecum plangite.

Eheu! eheu! (3) Bolezlaue! ubi tua gloria?
Ubi virtus? ubi decus? (4) ubi rerum copia?
Satis restat ad plorandum. Ve michi (5) Polonia!

Sustentate me cadentem pre dolore comites.
Viduate michi, queso, condolete milites (6).
Desolati respondete Eheu nobis hospites! (7)

---

(47) *videnter* errore haud dubie typographico habet ed. Ged. p. 67.

(48) *terminum et*, ed. Ged. p. 67. *termini metam*, cod. Heilsb.

(1) Paprocki (*Herby Rycerztwa Polskiego. Krak.* 1584. *titulo*: o *orle.*) ex auctore, quem anonymum vocat, adfert quoque hos versus leoninos.

(2) *condolentis*, Paprocki non recte habet.

(3) *Heu, heu*, cod. Gnesn. *Eheu! eheu!* ed. Ged. p. 67. *eheu, heu*, cod. Heilsb.

(4) *decor*, ed. Ged. p. 67. et cod. Heilsb.

(5) *tibi*, Paprocki.

(6) *Adimite quaeso mihi condolere milites.* Papr. *Viduato* male habet Semlerus p. 35.

(7) *Desolata nunc quam sim heu videte hospites*, ed.

http://rcin.org.pl

Quantus dolor, quantus luctus erat pontificibus!
Nullus vigor, nullus sensus, nulla mens in ducibus.
Eheu! eheu! capellanis. Eheu sibi omnibus! (8)

Vos! qui torques portabatis in signum milicie,
Et qui vestes mutabatis regales cottidie,
Simul omnes resonate: ve! ve! nobis hodie.

Vos matrone, que coronas gestabatis aureas,
Et que vestes habebatis (9) totas aurifriseas,
His exute, vestiatis (10) lugubres et laneas (11).

Eheu! eheu! (12) Boleslaue cur nos pater deseris?
Deus talem virum umquam (13) mori cur permiseris?
Cur non prius nobis unam simul mortem dederis? (14)

Ged. p. 68. *Desolata nunc quam fiam* etc. Semlerus p. 35. quia *sim* alienum sit a metro. Kownacki p. 133. *siam*, errore forsan typographi. *Desolati videte heu nobis hospites*, cod. Heilsb.

(8) *Eheu, eheu, capelanis, eheu ipsis omnibus*, ed. Ged. p. 68. Pro *sibi* Paprocki legit *ergo*. Cod. Heilsb. non recedit ab edit. Ged. nisi quod *heu* ubicunque pro *eheu* habeat, in quo convenit quoque cod. Gnesn. quod ubicunque tamen propter rhythmum mutavi.

(9) *aureas* pro *tot. aurif.* cod. Heilsb. *aureas argenteas*, ed. Ged. p. 68.

(10) *Has exute induatis*, ed. Ged. ibid. *e his* etc. cod. Heilsb.

(11) *lineas*, Paprocki.

(12) *Eheu! eheu!* ed. Ged. p. 68. heu *heu*, codices ambo.

(13) *usquam*. Kownacki p. 134.

(14) Hic versus desideratur in ed. Ged. p. 68. *Cur non prius unam simul mortem dedis*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Tota terra desolatur, tali rege (15) vidua,
Sicut suo possessore facta domus vacua,
Tua morte lugens, merens, (16) mutans, (17) et ambigua.

Tanti viri, funus (18) mecum omnis homo recole!
Dives, pauper, miles, clerus, insuper agricole!
Latinorum et Slavorum (19) quotquot estis incole!

Et tu lector! bone mentis hec quicunque (20) legeris,
Queso, motus pietate, lacrimas effunderis,
Multum eris inhumanus, nisi (21) mecum fleveris.

CAPI-

(15) *desolata rege suo.* ed. Ged. p. 68. *desolatur rege vidua*, cod. Heilsb.
(16) *mens est* pro *merens*, ed. Ged. p. 68. *merens*, cod. Heilsb.
(17) *nutans* ed. Ged. p. 68. et cod. Heilsb.
(18) *fumus*, Paprocki.
(19) *sectarum* pro Slavorum hab. Paprocki. *sclavorum* cod. Heilsb.
(20) *quidque*, non bene cod. Gnesn. *qualiscunque*, omissa voce *hec*, ed. Ged. p. 68. Similiter cod. Heilsb. habet tamen *q'cunque*. Paprocki *quicumque*.
(21) *si non.* ed. Ged. p. 68. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XVII.

De successione Meschonis filii Boleslaui. (1)

Postquam igitur magnus Bolezlauus de mundo decessit,

secundus Mescho, (2) filius eius, (3) in regnum successit,

qui iam, videlicet (4) vivente patre, sororem tercii Ottonis imperatoris uxorem acceperat (5),

de qua Kazimirum, id est Karolum, restauratorem Polonie, procrearat (6).

Hic vero Mescho (7) miles probus fuit,

multaque gesta militaria, que longum est dicere, perpetravit.

Hic eciam propter (8) patris invidiam vicinis omnibus extitit odiosus,

---

(1) Jnscriptio tota deest in ed. Ged. p. 68. et in cod. Heilsb.

(2) *Anno Domini* MXXV. *post mortem Boleslai*, Mieszko etc. sic orditur capitulum in ed. Ged. p. 68 et cod. Heilsb.

(3) natus an. 990. anon. Sommersb. I. 19.

(4) *videlicet*, deest in ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(5) a. 1013. anon. Sommersb. I. 21.

(6) *procrearet*, cod. Gnesn. *procrearat*, ed. Ged. p. 68. et cod. Heilsb. Anno 1015. anon. Sommersb. I. 21.

(7) *Mieszko*, ed. Ged. p. 68. et ubicunque. *Meszko* cod. Heilsb. hoc nomen semper exhibet scriptum.

(8) *per*, ed. Ged. p. 68. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

nec sicut pater eius vita (9) vel moribus vel diviciis copiosus.

Dicitur (10) eciam a Bohemicis (11) in colloquio per tradicionem captus,

et genitalia, ne gignere posset, corrigiis astrictus, (12)

quia rex Bolezlauus, pater eius, similem eis iniuriam fecerat, (13)

quando (14) eorum ducem, suumque avunculum, excecaverat. (15)

Qui de captione quidem exivit,

sed uxorem ulterius non cognovit.

Sed (16) de Meschone sileamus,

et ad Kazimirum, restauratorem Polonie, descendamus. (17)

---

(9) Hoc loco in margine cod. Gnesn. appositus est prisca et forsan eadem manu annus MXXV.

(10) *Dicitur*, deest in ed. Ged. p. 68. est tamen in cod. Heilsb.

(11) *bohemis*, cod. Heilsb.

(12) constructio Graeca κατα, *quoad genitalia.*

(13) *faceret*, cod. Gnesn. *fecit*, ed. Ged. p. 68. et cod. Heilsb.

(14) $q\bar{n}j$ = *quoniam*, forsan cod. Gnesn. *unde* pro quando ed. Ged. p. 68 at cod. Heilsb. *inde.*

(15) *excecaverant*, ed. Ged. ibid. errore typographico.

(16) *sed*, deest in ed. Ged. p. 68. et in cod. Heilsb.

(17) *Mieszko enim, ut alibi legitur, in amenciam cecidit, et mortuus est eodem anno, quo et pater*, edit. Ged. p. 68. et cod. Heilsb. Anon. Sommersb. l. 21. annum mortis 1034. memorat.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XVIII.

De successione et deieccione Kazimiri post mortem patris. (1)

Mortuo igitur Mescone (2), qui post obitum regis (3) Bolezlaui patris (4) vixit,

Kazimirus, cum matre imperiali, puer parvulus remansit.

Que cum libere filium (5) educaret,

et pro modo feminino (6) regnum honorifice gubernaret,

traditores eam de regno (7) propter invidiam eiecerunt,

puerumque suum secum in regno, quasi decepcionis obumbraculum, tenuerunt.

Qui cum esset adultus etate, et regnare cepisset,

maliciosi veriti, ne (8) matris iniuriam vindicaret,

---

(1) Inscriptio deest in ed. Ged. p. 68. et in cod. Heilsb.
(2) Nomen hoc loco absque lit. *h* scriptum in cod. Gnesn.
(3) *patris* pro *regis*, in ed Ged. p. 68. et cod. Heilsb.
(4) *parum* pro *patris*, ibid. tam in cod. Heilsb. quam in ed. Ged.
(5) *puerum* pro *libere filium* ed. Ged. p. 68. *licet puerum*, cod. Heilsb.
(6) *femineo*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(7) *per*, ed Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(8) *nimis* loco *matris*, ed. Ged. p. 68. *matris*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

in eum insurrexerunt,

eumque in Ungariam secedere coegerunt.

Eo namque tempore sanctus Stephanus Ungariam gubernabat,

eamque tunc primum (9) ad fidem minis et blandiciis convertebat.

Qui cum Bohemicis, (10) Polonorum infestissimis inimicis, pacem et amiciciam retinebat,

nec eum liberum, quoadusque vixit, gracia (11) dimittebat.

Quo de hac vita migrante, Petrus Veneticus Ungarie regnum recepit,

qui ecclesiam sancti Petri de Bazoario, (12) inchoavit,

quam nullus rex (13) ad modum inchoacionis usque hodie consumavit.

Hic Petrus eciam rogatus a Bohemicis (14), ne Kazimirum dimitteret,

si cum eis amiciciam, ab antecessoribus receptam, retinere vellet,

voce regali respondisse fertur: Si lex antiqua diffinierit, (15)

---

(9) *provinciam* pro *tunc primum* ed. Ged. p. 68. et cod. Heilsb.

(10) *Bohemis*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(11) *gracia*, deest in ed. Ged. p. 68. sed adest in cod. Heilsb.

(12) *de Bazcario*, ed. Ged. p. 68. et cod. Heilsb.

(13) *rex*, deest in cod. Heilsb. et ed. Ged. ibid.

(14) *Bohemis* ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(15) *definierit*, ed. Ged. p. 68.

http://rcin.org.pl

quod Ungarorum rex Bohemicorum (16) ducis carcerarius fuerit,

faciam, que rogatis. Et sic Bohemorum legacioni cum indignacione respondens,

eorumque amiciciam vel inimiciciam parvipendens,

datis Kazimiro C. equis, totidemque militibus,

qui eum secuti fuerant, armis et vestibus preparatis, eum honorifice dimisit,

nec iter ei, quocunque vellet ire, denegavit.

Kazimirus vero, (17) gratanter iter arripiens,

ac in regionem (18) festinanter Theutunicorum perveniens,

apud matrem et imperatorem, quanto tempore, nescio, fuerit (19) conversatus,

sed in actu militari miles audacissimus extitit (20) comprobatus.

Sed paulisper eum cum matre requiescere (21) permittamus,

et ad desolacionem et devastacionem Polonie redeamus. (22)

---

(16) *Bohemorum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(17) *igitur* pro *vero*, ed. Ged. p. 69. et cod. Heilsb.
(18) *terram* pro *regionem*, ed. Ged. p. 69. et cod. Heilsb.
(19) *fuit*, ed. Ged. p. 69. *fuerit*, cod. Heilsb.
(20) *fuerat*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(21) *quiescere*, ed. Ged. ibid. *requiescere*, cod. Heilsb.
(22) Cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 69. inserunt hoc loco cap. X. ex vita S. Stanislai descriptum.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XIX.

De rehabicione regni Polonie (1) *per Kazimirum, qui fuit monachus.* (2)

Interea reges et duces in circuitu Poloniam, quisque de parte sua, conculcabat,

suoque dominio civitates quisque (3) castellaque contigua vel applicabat,

vel vincendo terre (4) coequabat.

Et cum tantam iniuriam et calamitatem ab extraneis (5) Polonia pateretur,

absurdius tum (6) adhuc et abhominabilius a propriis habitatoribus vexabatur.

Nam in dominos servi, contra nobiles liberati, se ipsos in dominium (7) extulerunt,

aliis in servicio versa vice detentis,

alijs peremptis,

uxores eorum incestuose honoresque sceleratissime rapuerunt.

(1) *Polonie*, deest in ed. Ged. p. 70. et cod. Heilsb.

(2) *qui fuit monachus*, expresse in utroque quidem codice legitur, sed additamentum et figmentum posterioris temporis haec verba et rem esse, docuerunt tam Naruszewicz II. 269. quam Kownacki p. 139. quod et ipsa narratio hujus capitis probat.

(3) *quisque*, deest in ed. Ged. p. 70. et tamen verba in numero singulari sunt posita.

(4) *terre*, deest in cod., addidi ex ed. Ged. p. 70. et cod. Heilsb.

(5) *externis* pro *extraneis*, ed. Ged. p. 70.

(6) *tamen* pro *tum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(7) *dominos*, ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

Insuper eciam a fide katholica deviantes, quod sine voce lacrimabili dicere non valemus, adversus episcopos et sacerdotes dei sedicionem inceperunt,

eorumque quosdam gladio quasi dignius (8) peremerunt,

quosdam (9) vero quasi morte dignos viliori lapidibus obruerunt.

Ad extremum vero (10) autem, tam ab extraneis, quam ab indigenis, (11) ad tantam Polonia (12) desolacionem est redacta,

quod ex toto pene diviciis et hominibus est exacta.

Eo tempore Bohemi Gneznen (13) et Poznan destruxerunt,

sanctique corpus Adalberti abstulerunt.

Illi vero, qui de manibus hostium euadebant, vel qui suorum sedicionem deuitabant,

ultra fluvium (14) Wysla in Mazoviam fugiebant,

et tam diu civitates (15) predicte in solitudine permanserunt, (16)

---

(8) *dignos*, ed. Ged. p. 70. et cod. Heilsb.
(9) *non quasi morte dignos lapidibus*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(10) *vero*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.
(11) *indignis*, habet cod. Gnesn. non bene.
(12) *poloniam*, cod. Heilsb.
(13) *Gneznam* et *Poznaniam*, ed. Ged. p. 70. et cod. Heilsb.
(14) *flumen*, ed. Ged. p. 70. et cod. Heilsb.
(15) *ille* pro *predicte*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(16) *permanebant*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

quod in ecclesia sancti Adalberti martiris sanctique Petri Apostoli (17) sua fere (18) cubilia posuerunt.

Que plaga creditur eo (19) toti terre comuniter evenisse,

quia Gaudencius, sancti Adalberti frater et (20) successor, occasione qua, nescio, dicitur eam anathemate percussisse.

Hec autem dixisse de Polonie destruccione sufficiat,

et eis, qui dominis naturalibus fidem non servaverunt, ad correcionem proficiat. (21)

Kazimirus igitur apud Theutunicos aliquantulum conservatus,

magnamque famam ibi militaris glorie consecutus,

Poloniam se redire disposuit,

illudque matri secrecius indicavit.

Quem cum mater dehortaretur, ne ad gentem perfidam et nondum bene Christianam rediret,

sed hereditatem maternam pacifice possideret;

et cum eciam imperator eum remanere secum rogaret,

eique ducatum satis magnificum dare vellet,

---

(17) quarum altera Gnesnensis, altera Posnaniensis, observante Kownacki p. 144.

(18) *ferae*, substantiv. nempe non adverb.

(19) *eo*, deest in ed. Ged. p. 70. et in cod. Heilsb.

(20) *frater et successor*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 70. *Adalberti sic successor*, cod. Gnesn.

(21) *Kazimirus*, usque ad verba: *possidebitur quam paterna*, desunt in ed. Ged p. 70. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

proverbialiter, utpote homo literatus, respondit:

Nulla hereditas avunculorum vel materna, iustius vel honestius possidebitur quam paterna.

Et (22) assumptis secum militibus quingentis (23) Polonie fines introivit,

ulteriusque progrediens castrum quoddam, a suis sibi redditum, acquisivit.

De quo paulatim (24) virtute cum ingenio totam Poloniam, a Pomeranis (25) et Bohemicis (26) alijsque finitivis gentibus (27) occupatam, liberavit,

eamque suo dominio mancipavit.

Postea vero de Rusia nobilem cum magnis diviciis uxorem (28) accepit,

de qua filios quatuor, unamque filiam, regi Bohemie desponsandam, generavit.

Nomina autem filiorum eius hec (29) sunt: Bolezlauus, Wladislauus, Mescho (30), et Otto.

Sed de Kazimiro, quid egerit primitus, pertractando (31) finiamus,

---

(22) *Et*, deest in ed Ged. p 70. et in cod. Heilsb. ubi legitur: *Rex Cazimirus igitur assumptis* etc.
(23) *sexcentis*, ed. Ged. p. 70. et cod. Heilsb.
(24) *tam virtute quam ingenio*, ed. Ged. p. 70 et cod. Heilsb.
(25) *Pomonis*, cod. Gnesn.
(26) *Bohemis* ed. Ged. p. 70. et cod. Heilsb.
(27) *finitimis nacionibus*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(28) *uxorem*, apposuit corrector in margine cod. Gnesn.
(29) *que* pro *ejus hec*, ed. Ged. p. 70. q̄ cod. Heilsb.
(30) *Meszco*, cod. Heilsb.
(31) *pertractanda*, ed. Ged. p. 70.

http://rcin.org.pl

et postea de filijs, quis eorum primitus, quisve (32) posterius, regnaverit, (33) ordinabilius edicamus (34).

CAPITULUM XX.

De prelio comitis Meschonis cum Mazovitis et Meczslao. (1)

Igitur eliberata (2) patria et expugnata, profugatisque gentibus exterorum,

non minor Kazimiro restabat hostilis profugacio sue gentis, suorumque jure proprio subditorum.

Erat namque quidam Meczslauus (3) nomine, pincerna patris sui Meschonis et minister,

post mortem ipsius Mazovie gentis sua persuasione princeps existebat et signifer.

Erat enim eo tempore Mazovia,

(32) *primitus, quis vero* cod. Heilsb. et ed. Ged. ibid. *primus*, cod. Gnesn.

(33) *regnavit*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(34) *edicamus*, cod. Heilsb. et ed. Ged. *educamus*, cod. Gnesn.

(1) *et Meczslao*, addidit alia manus, coaeva tamen, in cod. Gnesn. Tota vero inscriptio deest in ed. Ged. p. 70. et in cod. Heilsb.

(2) *deliberata*, cod. Gnesn. et Heilsb.

(3) *Mesth Meczzslauus*, legitur in cod. Gnesn. sed prima vox punctis suppositis uti erronea est notata. Cod.

http://rcin.org.pl

Polonis illuc ante ea (4) fugientibus, ut diximus (5), in tantum populosa,

quod agricolis rura, animalibus pascua, habitatoribus loca erant spaciosa.

Unde Meczlauus (6) in audacia sue milicie confisus,

ymmo ambicione perniciose cupiditatis (7) excecatus,

nisus est (8) obtinere per presumpcionis audaciam,

quod sibi non cedebat (9) per jus aliquod vel naturam (10).

Jnde eciam in (11) tantum superbie fastum conscenderat,

quod obedire Kazimiro rennuebat (12),

insuper eciam ei (13) armis et insidijs resistebat.

At Kazimirus indignans, servum patris ac (14) suum Mazoviam violenter obtinere,

sibique (15) graue dampnum existimans et

Heilsb. et ed. Ged. p. 70. *Meczzlaus*. Maslaus appellatur ab anon. Sommersb. I. p. 22.

(4) *ante ea*, desunt in ed. Ged. p. 70. et in cod. Heilsb.

(5) *ut diximus*, desuut ibid.

(6) *Meczzlaus*, ed. Ged. p. 70. et cod. Heilsb.

(7) *ambiciose cupiditate*, cod. Heilsb. *ambiciosa cupiditate*, ed. Ged. p. 70.

(8) *est*, addidi ex ed. Ged. p. 70. et cod. Heilsb.

(9) *competebat*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(10) *justitiam*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(11) *et* pro *in*, cod. Heilsb.

(12) *et*, ed. Ged. p. 71. et cod. Heilsb. addunt.

(13) *ei*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

(14) *et*, ed. Ged. p. 71. et cod. Heilsb.

(15) *que* deest. in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

periculum, (16) nisi (17) vindicet, imminere,

collecta pauca quidem numero manu bellatorum (18) sed assveta (19) bellis, armis congressus,

Meczslawo perempto, victoriam et pacem totamque (20) patriam triumphaliter est adeptus.

Jbi namque tanta cedes Mazovitorum (21) facta fuisse memoratur,

sicut adhuc locus certaminis et precipicium ripe fluminis protestatur.

Jpse eciam ibi Kazimirus ense cedendo nimis (22) extitit fatigatus,

brachia totumque pectus et faciem effuso sanguine cruentatus,

et in tantum (23) fugientes hostes solus est persecutus,

quod (24) mori debuit, a suis omnibus non adiutus,

---

(16) *et periculum*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

(17) *vi se* habet codex Gnesn. sed posterior, vetusta tamen manus, facto signo, apposuit in margine *nisi*, corrigens negligentiam scriptoris. Cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 71. habet: *ni se*.

(18) *armatorum* pro *bellatorum* ed. Ged. p. 71. et cod. Heilsb.

(19) *asseveta*, est in cod. Gnesn.

(20) *tantamque* legitur in Gnesn. cod. = forsan *totamque* vel *liberatamque* intelligendum. Ed. Ged. p. 71. et cod. Heilsb. habent: *totamque provinciam*.

(21) *Mazovitarum*, ed. Ged. p. 71. et cod. Heilsb.

(22) *nimis*, deest in ed. Ged. p. 71. *minis* erronee habet cod. Heilsb.

(23) *interim* pro *in tantum* ed. Ged. ibid. *in tantum*, cod. Heilsb.

(24) *qui* pro *quod*, ed. Ged. ibid. *quod*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

sed quidam (25), non de nobilium genere, sed de gregarijs militibus, nobiliter opem tulit morituro,

quod bene Kazimirus sibi restituit in futuro,

nam et civitatem ei contulit,

et eum (26) dignitate inter nobiliores extulit.

In illo enim certamine XXX. acies ordinatas Masovienses habuerunt,

Kazimirus vero vix tres acies bellatorum plenas habebat (27),

quoniam, ut dictum est, tota Polonia (28) pene deserta iacebat.

CAPITULUM XXI.

De prelio Kazimiri cum Pomoranis. (1)

Hoc itaque prelio memorabiliter superato, Pomoranorum exercitui, in auxilium Meczlao venienti,

(25) *Siquidem*, ed. Ged. p. 71. *Si quid.* cod. Heilsb.
(26) *cum* pro *eum*, ed. Ged. p. 71. et cod. Heilsb.
(27) *habebant*, non recte legit cod. Gnesn.
(28) *Polonia*, deest in cod. Heilsb.
(1) Totum hoc capitulum et principium sequentis desiderantur in ed. Ged. p. 71. et in cod. Heilsb. qui post verbum *iacebat* praecedentis capit. continuo pergit: *Iste interfecit S. Stanislaum, Cracoviensem epm, valde venerabilem virum. Mortuus est Kazimirus*, (sequuntur jam verba, quae ex ed. Ged. p. 71.

http://rcin.org.pl

nienti, Kazimirus cum paucis indubitanter obviam properat. (2)

Nunciatum namque prius illud ei fuerat, ipsosque in auxilium inimicis advenire presciebat.

Unde prudenter disposuit, singulariter prius cum Mazoviensibus diffinire,

postea facilius cum Pomoranis campum certaminis introire.

Illa enim vice Pomorani IIII. legiones militum in arma ducebant,

Kazimiri vero milites nec unam dimidiam adimplebant.

Sed quid tamen? Cum perventum esset ad locum certaminis,

Kazimirus, ut vir eloquens et peritus, in hunc modum suos milites cohortabatur:

Ecce dies expectata primitus!
Ecce finis de labore penitus!
Superatis tot falsis christicolis,
iam securi pugnare cum discolis.
Multitudo non facit victoriam,
sed cui deus donavit suam graciam.
Mementote virtutis preterite,
et labori uestro finem ponite.

His dictis, cum adiutorio dei prelium introivit,

magnamque victoriam acquisivit.

7

infra in cap. XXII. laudavimus). Quod additamentum non cohaeret cum sequentibus, ac neminem fugit, scribam cod. Heilsb. multa omisisse, quod jam bene notavit posterior manus in margine ejus.

(2) *propetravit*, vel *propatravit*, mutavit in cod. Gnesn. corrector, voce cancellata, in *properat*.

http://rcin.org.pl

Dicitur quoque sanctam ecclesiam affectu magno pyetatis honorasse,
sed precipue monachos sanctarumque monialium congregaciones augmentasse,
qui monasterio parvulus a parentibus est oblatus,
ibi sacris literis liberaliter eruditus. (3)

CAPITULUM XXII.

De successione secundi Boleslai, dicti largi, Kazimirides. (1)

His igitur Kazimiri gestis memorialibus prelibatis,
alijsque compluribus sub silencio pre festinancia reservatis,
vite terminum finienti,
finem terminemus et scribenti.
Postquam itaque extremum vale Kazimirus mundo fecit, (2)
Bólezlauus, eius primogenitus,
vir largus et bellicosus,
Polonorum regnum rexit,

(3) Hi versus duo, et laus Casimiro in cap. XIX. ab auctore propter prudens responsum tributa *hominis literati*, male intellecta, ansam forsan dederunt fabulae: eum fuisse monachum.

(1) Tota inscriptio a correctore est adscripta in margine cod. Gnesn.

(2) Editio Ged. p. 71. una serie, capituli numero non interrupta, pergit: *Mortuus est Casimirus anno Dni*

http://rcin.org.pl

qui 'sua satis gesta gestis predecessorum coequavit,

nisi quod quedam eum (3) ambicionis vel vanitatis superfluitas agitavit.

Nam cum in principio sui regiminis et Polonis et Pomoranis imperaret,

eorumque multitudinem ad castrum Gradec (4) obsidendum innumerabilem (5) congregaret,

sue contumacie negligencia, non solum castrum non habuit,

verum eciam Bohemorum insidias vix evasit,

ac Pomoranorum dominium sic amisit.

Sed non est mirum, aliquantulum per ignoranciam oberrare, (6)

si contigerit, postea per sapienciam, que neglecta fuerint, emendare. (7)

7*

MLVIII. cui succestit Boleslaus, filius ejus, in regnum, filius, inquam, primogenitus, vir largus et bellicosus, qui suis gestis gesta predecessorum coequavit. Cod. Heilsb. similiter, differt tamen in fine: *qui sua satis gesta gestis p. c.*

(3) *Quem quedam vel* pro *nisi —— eum*, ed. Ged. p. 71. quamvis codices conveniant.

(4) *Gradek*, cod. Heilsb. *Grodek*, ed. Ged. p. 71. de quo castro cf. si volupe Naruszewicz III. p. 38.

(5) *congregaret*, addidi ex cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 71. deest enim in cod. Gnesn.

(6) *aberrasse*, ed. Ged. p. 71. *oberrasse*, cod. Heilsb.

(7) *emendasse*, ed. Ged. p. 71. et cod. Heilsb. qui adhuc habet *etc*, indicem lacunae.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXIII.

De convencione Bolezlaui cum duce Ruthenorum.

Non est igitur (1) dignum, probitatem multimodam et liberalitatem (2) Bolezlaui, secundi (3), regis, silencio preterire,

sed pauca de multis in exemplum regni gubernatoribus aperire.

Igitur rex Bolezlauus, secundus,
audax fuit miles et strenuus,
hospitum susceptor benignus,
datorque largorum (4) largissimus.
Ipse quoque, sicut primus,
Bolezlauus magnus,

Ruthenorum regni caput, urbem Kyow (5) precipuam, hostiliter intravit,

ictumque sui ensis in porta aurea signum memorie reliquit. (6)

Jbi eciam quendam sui generis Ruthenum, cui (7) permittebat regimen, in sede regali constituit,

cunctosque sibi rebelles a potestate destituit.

(1) *igitur*, deest in ed. Ged. p. 71. et in cod. Heilsb.
(2) *libertatem*, cod. uterque non recte habet.
(3) *secundi*, deest in ed. Ged. p. 71. et in cod. Heilsb.
(4) *largorum*, deest in ed. Ged. p. 71. et in cod. Heilsb.
(5) *Kyyow*, ed. Ged. ibid. *Kyyevo*, cod. Heilsb.
(6) *dereliquit*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(7) *pertinebat regnum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

O pompa glorie temporalis!
o audacia fiducie militaris!
o majestas regie pietatis! (8)

Rogatus itaque Bolezlauus largus a rege, quem fecerat,
ut obviam ad se veniret,
sibique pacis osculum, ob reverenciam sue gentis, exhiberet,
Polonus quidem hoc annuit,
sed Ruthenus dedit, quod (9) voluit.

Computatis namque largi Bolezlaui passibus equi (10) de stacione ad locum convencionis 11), totidem auri marcas Ruthenus posuit,
nec tamen (12) equo descendens, sed barbam eius subridendo divellens, osculum ei, satis preciosum, exhibuit.

CAPITULUM XXIV.

De delusione Bohemorum contra Bolezlaum largum.

Contigit eodem tempore, Bohemorum ducem, cum tota suorum virtute militum, Poloniam introisse,
eumque, transactis silvarum condensis, in quadam planicie, satis apta certamini, consedisse.

(8) *ptatis* = potestatis, cod. Heilsb.
(9) *que* pro *quod*, ed. Ged. p. 71. *quod*, cod. Heilsb.
(10) *equis*, sistit cod. uterque, ergo legendum *equi* vel *equinis*; *equi*, legit ed. Ged. ibid.
(11) *conventus*, ed. Ged. p. 71. *convencionis*, cod. uterque.
(12) *de*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Quo audito largus Bolezlaus, impiger, hostibus obviam properavit,

eosque, properans, transgyrando, viam, qua venerant, obsidens, interclusit.

Et quia plurima pars diei preterierat, suosque properando fatigaverat,

sequenti die se venturum ad prelium, per legatos Bohemis intimavit,

eosque ibidem residere, non (1) se diucius fatigare, magnis precibus exoravit.

Antea (2) quidem exeuntes, inquit, (3) de silva, sicut lupi capta preda famelici, silvarum latebras, absente pastore, impune solebatis penetrare,

immo vero presente, cum venabulis, venatore, canibusque post vestigia dissolutis, non fuga, nec insidiis, sed virtute poteritis detensa (4) reciacula devitare.

At contra Bohemorum dux versuta calliditate Bolezlauo remandavit: (5)

indignum esse tantum regem ad inferiorem declinare,

sed die crastina, si filius est (6) Kazimiri, sit paratus, ibidem Bohemorum servicium expectare.

---

(1) *nec* pro *non*, ed. Ged. p. 72. et cod. Heilsb.

(2) *Antea quidem*, usque ad: *reciacula deuitare*, desunt in cod. Heilsb. et in ed. Ged. p. 72.

(3) *exeuntes inquit*, bis sunt repetita in cod. Gnesn. ac corrector solum vocem postremam delevit.

(4) vel *defensa*, quia tertia litera, an fuerit *f* vel t. originarie scripta, dein vero correcta, discerni nequit.

(5) *Sed c. Bohemi — — remandarunt*, ed. Ged. p. 72. *S. c. Bohemorum versuta calliditate Boleslao remendavit*, cod. Heilsb.

(6) *esset* loco *est*, ed. Ged. ibid. *est*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Bolezlauus vero, ut se filium ostenderet Kazimiri, ibi stando, Bohemorum fallacie satisfecit,

sed, die iam postera mediante, Polonorum castra ab exploratoribus nunciatur, (7)

quod a Bohemis nocte precedenti fuga, non prelium, ineatur.

Jn eadem hora Bolezlauus, delusum se (8) dolens, acriter eos per Moraviam fugientes persequitur, (9)

captisque pluribus ac peremptis, quia sic evaserant, sibimet ipsi dedignando, revertitur.

Adnectendum (10) est etiam, racionem, (11) que causa fere totum (12) de Polonia loricarum usum abolevit, (13)

quas antiquitus magni Bolezlaui regis exercitus ingenti studio frequentavit.

---

(7) *nunciatur*, cod. Gnesn. *nunciantur*, cod. Heilsb.
(8) *sic* pro *se* non bene habet cod. Heilsb.
(9) *sequitur*, ed. Ged. p. 72. et cod. Heilsb.
(10) *adnectendum* in cod. Gnesn. eformavit corrector ex voce erronea: *advertendum*. Jbidem in margine hoc loco et ad finem pene capitis subsequentis iterum positae sunt binae stellulae, quae probare videntur conjecturam Kownacii (p. 154.) autumantis huc apostrophen ad scriptorem et additamentum alienum posterius cum toto cap. XXV.
(11) *racionem*, deest in ed. Ged. p. 72. Cod. Heilsb. corruptum locum sistit: *Annectendum est ecciam romani que causa fere totum de Polonia loricarum usum abolevit.*
(12) *fuerit quod* pro *fere totum*, ed. Ged. p. 72.
(13) *aboleverit*, ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXV.

De victoria Bolezlaui largi (1) contra Pomoranos.

Contigit namque, Pomoranos exsubito Poloniam invasisse,

regemque Bolezlauum, ab illis remotum partibus, (2) hoc audisse (3),

qui cupiens animo ferventi, de manu (4) gentilium patriam liberare,

collecto nondum exercitu, debuit antecedens inconsulte nimium properare.

Cumque ventum esset ad fluvium, ultra quem turme gentilium residebant,

non ponte requisito vel vado, loricati milites et armati (5) profundo gurgiti se credebant.

Pluribus itaque (6) loricatorum ibi presumptuose submersis, loricas reliqui superstites abiecerunt,

transmeatoque flumine, quamvis dampnose, victoriam habuerunt.

---

(1) *largi*, deest in cod. Heilsb. et in ed. Ged. p. 72.
(2) vox *ptibus* bis repetita in cod. Gnesn.
(3) *regeque B. ab illis remoto* p. *hoc accidisse*, ed. Ged. p. 72. Codices tamen inter se conveniunt.
(4) *manibus*, ed. Ged. p. 72. *manu*, codices.
(5) *sed*, in cod. Gnesn. quae tamen vox, uti erronea, digito scribentis deleta esse videtur. Cod. Heilsb. habet *sed*.
(6) *namque*, cod. *itaque*, ed. Ged. p. 72. et cod. alter, Heilsb. nempe.

http://rcin.org.pl

Ex eodem (7) tempore loricis (8) Polonia disuevit,

et sic (9) expedicior hostem quisque invasit,

tuciorque flumen obiectum sine pondere ferri transmeavit.

CAPITULUM XXVI.

De liberalitate (1) et largitate Bolezlaui, et (2) de quodam paupere clerico.

Item unum memorabile (3) secundi Boleslaui factum liberalitatis eximie non celabo,

sed ad imitacionis exemplum successoribus intimabo.

In civitate Cracoviensi quadam die largus Bolezlauus ante palacium in curia residebat,

ibique tributa Ruthenorum aliorumque vectigalium, in tapetis strata, prospectabat.

Contigit ibidem, clericum quendam pauperem et extraneum affluisse, (4)

tantique thezauri magnitudinem prospexisse.

(7) *eo*, cod. Heilsb.

(8) *loricatis* pro *loricis*, ed. Ged. p. 72. *loricis*, codices.

(9) *sic*, deest in ed. Ged. ibid. cod. Heilsb. literam *s* super lineam positam exhibet.

(1) *libertate*, cod. Heilsb. absque ullo compendii signo.

(2) *et*, addit ed. Ged. p. 72. et cod. Heilsb. quae conjunctio deest in cod. Gnesn.

(3) *memoriale factum B. et liberalitatis*, ed. Ged. p. 72. et cod. Heilsb.

(4) *affuisse*, ed. Ged. p. 72. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Qui cum admiracione (5) tante pecunie illuc (6) oculis inhiaret, (7)
suamque miseriam cogitaret,
cum ingenti gemitu suspiravit.
Boleslauus autem rex, ut erat ferus, audiens, hominem miserabiliter gemuisse, (8)
et existimans, aliquem camerarios (9) percussisse,
iratus sciscitatur: qui fuerit ausus sic gemere?
vel quis presumpserit (10) ibi quempiam verberare?
Tunc ille miser clericus, tremefactus, maluisset, nunquam pecuniam se vidisse,
quam ea de causa regis curiam introisse.
Sed cur, miser clericelle! latitas?
Cur indicare, gemuisse (11) te, dubitas? (12)
Gemitus iste totam tristiciam conculcabit,
suspirium istud (13) magnam tibi leticiam generabit.

---

(5) *et animi ratione* pro *admiratione* habet cod. Gnesn.
(6) *ibidem* pro *illuc*, ed. Ged. p. 72. et cod. Heilsb.
(7) *eclis* vel *oclis miaret*, cod. Gnesn. (*oculis miraretur?* quod non placebat mihi.) Ed. Ged. p. 72. habet, mutans pro lubitu difficiliora lectu: *oculos defigeret*. Cod. Heilsb. sistit: *oculis in hire't* vel *in hixet*, (*oculis inhiaret* ergo.)
(8) *gemiuisse*, cod. Gnesn. *ingemuisse*, cod. Heilsb.
(9) *camerariorum*, ed. Ged. p. 72. *camerarios*, codices.
(10) *fuit — presumpsit*, cod. Heilsb.
(11) *gemiuisse*, cod. Gnesn.
(12) *times*, ed. Ged. p. 73. deest verbum in cod. Heilsb.
(13) *illud*, ed. Ged. p. 73. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Noli, large rex! noli, (14) miserum clericellum pre timore diucius anchelare,

sed festiua tuo thezauro eius humeros honerare. (15)

Igitur interrogatus a rege clericus: quid cogitasset,

cum sic lacrimabiliter suspirasset?

cum timore (16) respondit: Domine rex! meam miseriam, meamque paupertatem, vestram gloriam, vestramque majestatem considerans, felicitatem infortunio dispariliter (17) comparando, pre doloris magnitudine suspiravi. Tunc rex largus ait:

Si propter inopiam suspirasti,

Bolezlauum regem paupertatis solacium invenisti.

Accede itaque ad pecuniam, quam miraris,

et sit tuum quantumque uno honere tollere (18) conaris.

Et accedens ille pauperculus, auro et argento cappam suam tantum implevit,

quod ex nimio (19) pondere rupta fuit, et eadem pecunia visum cepit. (20)

Tunc rex largus de collo suo pallium extraxit,

illudque clerico pauperi pro sacco pecunie porrexit,

---

(14) *noli*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.
(15) *onerare*, et infra *onere* pro *honere*, ed. Ged. p. 73. et cod. Heilsb.
(16) *tremore*, cod. Heilsb.
(17) *disparaliter*, ed. Ged. p. 73. et cod. Heilsb.
(18) *tollere*, ed. Ged. p. 73. *plus*, non recte, loco hujus vocis ponunt ambo codices, forsan pro *portare*.
(19) *eximio* pro *ex nimio*, ed. Ged. p. 73. *ex nimio*, codices.
(20) *et eadem — cepit*, desunt in ed. Ged. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

eumque iuvans, melioribus (21) honeravit.

In tantum (22) enim clericum (23) auro et argento rex largus honeravit,

quod sibi collum dissolvi, clericus, si plus poneret, exclamavit.

Rex fama vivit,

ditatus pauper (24) obivit.

CAPITULUM XXVII.

De exilio Bolezlaui largi in Ungariam. (1)

Ipse quoque Salomonem regem de Vngaria suis viribus effugavit,

et in sede Wladislauum, sic eminentem corpore, sic affluentem pietate, collocavit.

Qui Wladislauus ab infancia nutritus in Polonia fuerat,

eciam quasi moribus et vita Polonus factus fuerat.

(21) *juvans melioribus*, desunt in ed. Ged. p. 73. adsunt tamen in cod. Heilsb.

(22) *Interim*, cod. Gnesn. *in tantum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(23) *clerico*, cod. Gnesn. *clericum*, ed. Ged. et cod. Heilsb.

(24) *pauper ditatus*, transponit verba ed. Ged. p. 73. et cod. Heilsb.

(1) Cod. Heilsb. et editio Ged. p. 73. — 77. loco hujus et sequentis capituli, (quae desiderantur in contextu, quorum autem supremum partim in alio loco p. 44. in ed. Ged. legitur), habent fragmenta non-

http://rcin.org.pl

Dicunt talem nunquam regem Vngaria habuisse,

neque terram iam post eum fructuosam sic fuisse.

Qualiter autem rex Boleslauus de Polonia sit eiectus, longum existit enarrare,

sed hoc dicere licet, quod non debuit Christianus in Christianum (2) peccatum quodlibet corporaliter vindicare.

Illud enim multum sibi nocuit,

cum peccatum peccato adhibuit,

cum pro tradicione (3) pontificem truncacioni membrorum adhibuit.

Neque enim traditorem episcopum (4) excusamus,

neque regem, vindicantem sic se turpiter, commendamus.

---

nulla, desumpta ex libro de passione S. Stanislai, et de vita beati Stephani regis Vngariae, quae exhibentur in vita S. Stanislai, nempe capita X. XI. XIV. XV. XVI. XXXII. Cf. Ossolinski: Wiadomości historyczno-krytyczne II. p. 436. et versio Germanica Lindii p. 89. 90.

(2) *xpt in xm*, sigla haec indicare *Christianus in Christianum* lippis et tonsoribus notum est, et tam proëmio quam cap. XI. codicis Gnesnensis probatur vera lectio.

(3) *tradicio*$^{\bar{e}}$, linea supperposita in cod. Gnesn. supplet *n.* omissum, non convenit ergo legere *traditionem*, quod factum est in animadversionibus Lelewelii nuper editis: *Vincent* Kadłubek *etc. von S. G.* Linde *Warsch.* 1822. p. 625.

(4) *Ep*$^{\bar{m}}$ legebatur in cod. Gnesn. sed pia manus, serioris haud dubie aevi, zelo ducta, immemor fervore animi totius contextus, erasis duabus postremis li-

http://rcin.org.pl

Sed hec in medio deferamus, (5)
et, ut in Vngaria receptus fuerit, disseramus. (6)

---

neolis litterae *m*, relinquens primam intactam, eformavit *Epi* (*episcopi*). Corrector, scriptori contemporaneus, penna non scultello ubicunque est usus. Conferatur ad hunc locum observatio Thad. Czackii in: *Historya Narodu Polskiego* Naruszewicza T. II. 1803. p. 477. in fine, quam tamen notarunt frater meus carissimus: *Dzieie Królestwa Polsk.* I. p. 256. (in repetita praelectione de a. 1820.) et Lelewel in egregio opere S. G. Lindii l. c. p. 624. Vide quoque, si volupe, Dzirzwam editum Gedani per Lengnichium p. 16. et Cadlubconem, ed. Lip. II. p. 665.

(5) Juvat hic repetere verba Sarnicii: (descriptio vet: et novae Poloniae. p. 232. lib. VI.) " Miror tamen, „ cur Vincentius Cadlubcus, qui non ita multo post „ vixit, temporibus videlicet Kriwoustii, ejusque „ historiam conscripsit, hoc adeo insigne factum, „ adhuc recens, non scripserit, nec ullam mentionem ejus rei fecerit, vel si Vincentius, qui episcopus Cracoviensis erat, laudem hanc antecessori suo Stanislao invidebat, (etc.——) *Gallus tamen quidam rerum Polonicarum*, nec non Lampertus Saffnaburgensis rerum Teutonicarum, *scriptor*, qui per haec tempora vixit, *rem tam dignam notatu, et pupillam oculorum omnium maxime sua fama ferientem, sicco pede praeterire non debuit.*"

(6) *Animadversio in capitulum XXVII. libri I historiae Martini Galli, juxta codicem bibliotheces Pulaviensis, ubi de occisione D. Stanislai, episcopi Cracoviensis.*

Si viro, ob famam probitatis commendato, ab homine minus noto scelus objiceretur, nonne omnes contra calumniam conclamarent? et tamen infelici

http://rcin.org.pl

quodam fato, Stanislaus, praecipuus regni patronus, plurium saeculorum consensu inter coelicolas relatus, solâ autoritate Galli, incerti status et nationis scriptoris, suffragante, pro traditoris, juste mortis poena mulctato, habetur, et haec opinio quibusdam e recentioribus arridet. Utrum aeque? videamus! Audiamus Vincentium Kadlubkonem, ipsius post centum viginti septem annos in sede Cracoviensi successorem, quid temporibus Casimiri, qui occisoris D. Stanislai nepos fuerat, dicit: " o luctuosum, „ o transfunebre funeris spectaculum! Sanctum „ profanus, pium sceleratus, praesulem sacrilegus „ cruentissimus innoxium membratim discerpit. " Illene patriae proditor, quem ad aras mactatum canonici, plebe comitante, honorifice extulerunt, et humo mandarunt, quem, ob constantem sanctitatis traditionem, post ducentos à funere annos, ut inter Divos referetur, tota gens Polona à summo pontifice postulavit? Non tacuerunt fasta nostra, Pauli, praesulis Cracoviensis, contra regnum molimina, eaque fideliter posterorum execrationi mandarunt, cur de Stanislao tacerent, si ejusdem facinoris obnoxius fuisset?

Sed unde nam haec Gallo de Stanislao nostro sententia? Si bene animum ejus in conscribenda historia perpendimus, encomiastam potius Boleslai III., progenitorumque ipsius, quam studiosum veritatis reperiemus. Hinc illae de statu Poloniae regnante Boleslauo Chrobry hyperbolae. Videtur nobis potius de Jndiis, auri argentique feracibus, scribere, quam de regione, quae post duo et dimidium saecula a Vitellione Thuringo-Polono adhuc ut inops, et plerumque sylvestris, repraesentatur. Nam licet rex ille multas divitias e Kijova asportaverit, unde nam tanta illarum copia, ut tanquam foenum vile haberentur? Hac ipsa intentione vitia posteriorum principum dissimulat, et, quae tacere non poterat, excusat. Jdeo nihil apud ipsum de saeva crudelitate Boleslai

http://rcin.org.pl

Audacis, quam in milites suos nobilesque matronas exercuerat. Sane Stanislaus, qui oppressae plebis apud ipsum acris intercessor fuerat, postquam haec tumultare coeperit, durum non amplius ferens jugum, potuit a fero rege autor seditionis censeri. — Vestigium hujus habemus apud Kadlubkonem „ asseruit „ eum (inquit) proditionis originem, totius mali „ radicem„ Haec rex, eadem ejus asseclae, fautores, effrenati in omnem licentiam homines; mansit haec apud improbos fama, quam incautus Gallus hausit, tantum ut minus sceleratum unum ex praedecessoribus Boleslai III. sui herois ostenderet. Equidem praetio habendus est Gallus, antiquissimus rerum nostrarum scriptor, non tamen incaute sequendus, praecipue in his, quae cum unanimi gentis opinione, totque saeculorum testimonio, pugnant. —

PRAŻMOWSKI, Episcopus Plocensis.

CAPI-

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXVIII.

De suscepcione Boleslavi per Wladislavum regem Vngarie.

Cum (1) audisset Wladislaus (2), Boleslavum advenire, (3)
partim gaudet ex amico, partim restat locus ire.
Partim ex recepto quidem fratre gaudet et amico,
sed deferre Wladislavo fato (4) dolet inimico.
Non eum recipit, velut extraneum vel hospitem
vel par parem recipere quisque solet,
sed quasi miles principem vel dux regem vel
rex imperatorem recipere iure debet. (5)
Bolezlauus (6) Wladislauum suum regem appellabat, (7)
Wladislaus se per eum regem cognoscebat. (8)

8

(1) *enim*, addit ed. Ged. p. 44. et cod Heilsb. p. 94.
(2) *rex Vngarie*, addit ed. Ged. et cod. Heilsb. ibid.
(3) *gaudet ex amico*, habet ed. Ged. p. 44. et omittit tres subsequentes versus totos, codex Heilsb. omittit vero solum duos supremos.
(4) *fto* vel *fco*, incertus sum: utrum *fato* an *facto* sit scriptum.
(5) Pro his duobus versibus cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 44. habent: *Hunc enim Wladislaum Boleslaus, pulso propriis viribus rege Salomone de Vngaria, in sede regali collocavit.*
(6) *igitur*, addit ed. Ged. p. 44 et cod. Heilsb.
(7) *appellat*, cod. Gnesn.
(8) *agnoscebat*, ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

Jn Boleslavo cum nostrum (9) ascribendum est vanitati,
quod eius pristine multum obfuit probitati,
nam cum regnum alienum fugitivus introiret,
cumque nullus rusticorum fugitivo (10) obediret,
obviam ire Bolezlauo (11) Wladislauus, ut vir humilis, properabat,
eumque propinquantem (12) eminus, equo descendens, ob reverenciam expectabat,
at totam (13) Bolezlauus humilitatem regis mansueti non respexit,
sed in pestifere fastum (14) superbie cor erexit.
Hunc, inquit, alumpnum in Polonia educavi,
hunc regem in Vngaria collocavi.
Non decet (15) eum me, ut equalem, venerari,
sed equo sedentem, ut qualem (16) de principibus, osculari.

---

(9) *cu nrm*, ita legitur in codice Gnesn. et si lectio vera subintelligendum est: *officium*. Sed videtur esse locus, negligentia scriptoris, corruptus, legendus forsan: *enim nostro*. Ed. Ged. p. 44. pro his verbis habet: *tamen unum*, et cod. Heilsb.

(10) *figitivus*, habet codex Gnesn. incuria scribentis, ut reor. *fugitivo* cod. Heilsb. et ed. Ged p. 44.

(11) *Wladislawo*, erronee est in codice Gnesn. pro *Boleslauo*, at bene habet ed. Ged. p. 44. et cod. Heilsb.

(12) *appropinquantem*, ed. Ged. p. 44. sola.

(13) pro *totam* habent *contra* ed. Ged. p. 44 et cod. Heilsb.

(14) *fastum immanis*, est in ed. Ged. p. 44. pro *pestifere fastum*. Cod. Heilsb. *in fastum inanis superbie*.

(15) *eum*, addit ed. Ged. p. 44. et cod. Heilsb. quod deest in cod. Gnesn.

(16) *quemlibet*, habet ed. Ged. p. 44. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Qui incedens (17) Wladislauus aliquantulum egre tulit,
et ab itinere declinavit, (18)
ei tamen servicium per totam terram fieri, satis magnifice comendavit.
Postea vero concorditer et amicabiliter inter se, sicut fratres, convenerunt.
Ungari tamen illud alcius et profundius in corde notaverunt.
Unde magnam (19) sibi Vngarorum invidiam cumulavit, (20)
indeque cicius extrema dies eum, ut aiunt, occupavit.

(17) *Quod attendens* pro *qui incedens* habet ed. Ged. p. 44. *Q. intendens* cod. Heilsb.
(18) *declinat*, ed. Ged. p. 44.
(19) Hoc loco in margine cod. Gnesn. inter lineas rubras addita sunt: o (cancellatum, lineola a dextra in sinistram oblique ducta, significans, ni fallor, *obiit*) *Boleslaus largus MLXXXI.* qui numerus anni in capite vel in fronte extremo paginae iterum conspicitur adscriptus, ea forsan de causa, quia nota marginalis sutura bibliopegi partim est cooperta.
(20) pro subsequentibus verbis ed. Ged. p. 44. ponit: *Jamque extrema dies cicius eum, ut ajunt, occupavit. Obiit autem miserabiliter. Anno Dni* MLXXXI. Conf. quoque, si volupe, ed. Ged. p. 76. *de morte Boleslai cap.*

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXIX.

De filio eiusdem (1) *Bolezlaui Mescone* (2) *III.*

Habuit autem unum filium rex Bolezlauus (3), nomine

Mesconem, qui (4) maioribus non esset inferior probitate,

ni parcarum invidia puero vitale

filum interrumperet pubescenti iam etate.

Illum enim (5) puerum rex Vngarorum Wladislauus, mortuo patre, nutriebat,

eumque (6) loco filii, parentis gracia, diligebat.

Ipse nimirum puer coetaneos omnes, et Vngaros, et Polonos, honestis moribus et pulcritudine superabat,

(7) omniumque (8) mentes in se futuri spe dominii signis evidentibus provocabat;

(1) *ejusdem*, deest in ed. Ged. p. 77. et in cod. Heilsb.

(2) *Mesconis*, cod. Gnesn. per scribae incuriam, *Mieszkone tertio* vero recte habent ed. Ged. p. 77. et cod. Heilsb.

(3) *rex sceleratissimus*, ed. Ged. p. 77. et cod. Heilsb. quod additamentum spurium bene notavit Kownacki (Historya Bolesł. III.) p. 178. not. m.

(4) *qui majoribus — — pubescenti jam etate*, desunt in ed. Ged. p. 77 et in cod. Heilsb.

(5) *enim*, deest in ed. Ged. p. 77. et in cod. Heilsb.

(6) *que*, deest ibid. et in cod. Heilsb.

(7) *omnesque*, ed. Ged. p. 77.

(8) *virtutes*, vox hoc loco scripta, tanquam erronea, punctis suppositis est notata, in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

unde placuit patruo suo Wladislauo duci puerum (9) in Poloniam, sinistro alite, revocare,

eumque (10) Ruthena puella, fatis (11) invidentibus, uxorare.

Uxoratus ergo (12) adolescens inherbis et formosus sic morose, sic sapienter, se (13) habebat,

sic antiquum morem (14) antecessorum gerebat,

quod affectu mirabili toti patrie complacebat.

Sed fortuna, rebus secundis mortalium inimica, in dolorem gaudium commutavit,

et spem probitatis et florem etatis amputavit.

Aiunt enim, quosdam emulos, timentes, ne patris iniuriam vindicaret, veneno puerum bone indolis peremisse,

quosdam vero, qui cum eo biberunt, vix mortis periculum evasisse.

Mortuo autem puero Mescone tota Polonia sic lugebat, sicut mater (15) unici mortem filii.

---

(9) *puerum*, deest in ed. Ged. p. 77. et in cod. Heilsb.
(10) *cumque*, ed. Ged. p. 77. et cod. Heilsb.
(11) *satis* pro *fatis*, cod. Heilsb.
(12) *igitur* pro *ergo*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(13) *se*, deest in cod. Gnesn. apposui ex ed. Ged. p. 77. et cod. Heilsb.
(14) *antiquos mores*, ed. Ged. ibid. *antiquum morem*, codices ambo.
(15) *vivit*, vocem erroneam, punctis suppositis notatam, in cod. Gnesn. hoc loco obviam, omisimus.

http://rcin.org.pl

Nec illi (16) solummodo, quibus notus erat, lamentabantur,

verum etiam illi, qui nunquam eum viderant, (17) lamentando feretrum mortui sequebantur.

Rustici quippe aratra, pastores peccora deserebant,

artifices studia, (18) operatores (19) opera, pre dolore Mesconis, postponebant,

parvi quoque pueri et puelle,

servi insuper et ancille,

Meschonis exequias lacrimis et suspiriis celebrabant.

Ad extremum misera mater, cum in urna puer plorandus conderetur (20),

una hora, quasi mortua, sine vitali spiritu tenebatur,

vixque post exequias ab episcopis ventilabris et aqua frigida suscitabatur.

Nullius (21) enim regis vel (22) principis exicium apud etiam barbaras naciones tam diutino merore legitur conclamatum,

nec exequie (23) tetrarcharum (24) ma-

(16) *illum* pro *illi*, ed. Ged. p. 77.
(17) *noverant*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(18) *studium*, ed. Ged. ibid.
(19) *operarii labores*, ibid. *operatores*, deficiente altero substantivo, nempe *opera* vel *labores*, cod. Heilsb.
(20) *poneretur*, ed. Ged. p. 77. et cod. Heilsb.
(21) *nullum* pro *nullius*, ed. Ged. p. 77.
(22) *et* pro *vel*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(23) *nc exequie*, verba bis quidem repetita, sed cancellata, sunt in cod. Gnesn.
(24) *retharcharum* habet cod. Gnesn. prima jam litera

http://rcin.org.pl

gnificorum ita lugubres celebrarentur (25), nec aniversarium cesaris ita fuerit cantu lugubri celebratum. (26),

Sed de mesticia (27) pueri sepulti sileamus,

et ad leticiam regnaturi pueri (28) veniamus.

CAPITULUM XXX.

De uxoracione Wladislaui, patris tercii Boleslaui.

Mortuo itaque (1) rege Bolezlauo, aliisque fratribus defunctis, Wladislauus dux solus regnavit,

qui filiam Wratislavi, Bohemici (2) regis, nomine Juditham uxorem accepit,

que (3) ei tertium Bolezlauum peperit,

de quo nostra intencio titulavit,

ut tractatio, que sequitur, intimabit.

---

erronea in t per correctorem mutata. *thetharchar.* legit cod. Heilsb.

(25) *tam lugubriter celebrate*, ed. Ged. p. 77. *tam lugubres celebrabantur*, cod. Heilsb.

(26) *nec aniversarium — — celebratum*, desunt in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

(27) *mesticiam* pro *de m.* ibid. in ed. Ged. et cod. Heilsb.

(28) *pueri*, deest ibid. in ed. Ged. et in cod. Heilsb.

(1) *itaque*, deest in ed. Ged. p. 77. et in cod. Heilsb.

(2) *Bohemie*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(3) *filium*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. addunt.

http://rcin.org.pl

Nunc vero, quia succincte per arborem, a radice derivando, transivimus,
ad inserendum cathalogo (4) ramum pomiferum et stilum et animum applicemus.
Erant enim futuri pueri parentes,
adhuc carentes sobole, ieiunijs et oracioni (5) instantes,
largas pauperibus elemosinas facientes,
quatenus omnipotens deus, qui steriles matres facit in filijs letantes,
qui Baptistam contulit Zacharie,
et vuluam aperuit Sare,
ut (6) in semine Abrahe
benediceret omnes gentes,
talem filium daret eis heredem,
qui deum timeret,
sanctamque (7) ecclesiam exaltaret,
iusticiam exerceret (8),
ad honorem dei et (9) salutem populi regimen (10) Polonie detineret.
Hec (11) incessanter illis agentibus,
accessit ad eos Franco, Poloniensis episcopus,

(4) *cathelogo* habet cod. Gnesn.
(5) *oronis*, legendum esset *orationibus*, nisi ultima lit. *s* deleta fuerit, linea ducta. Ed. Ged. p. 77. habet *oratione*. Cod. Heilsb. *oracioni*.
(6) *ut*, deest in cod. Gnesn. sed recte addita vox in ed. Ged. p. 78. et in cod. Heilsb.
(7) *que* deest in ed. Ged. p. 78. et in cod. Heilsb.
(8) *exaltaret j. exerceret*, desunt in ed. Ged. et in cod Heilsb.
(9) *ad*, ed. Ged. p. 78.
(10) *regnum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(11) *Hoc*, ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

consilium salutare donans,
eis sic inquiens:
Si, que dixero vobis,
devotissime compleveritis, (12)
vestrum desiderium procul dubio fiet vobis.
Illi vero libentissime de tali causa pontificem audientes,
atque magna se facturos, spe sobolis, promittentes,
rem dicere pontificem quantocicius (13) exorabant.
Ad hec presul: Est, inquit, quidam sanctus
in Gallie finibus contra austrum iuxta Massiliam, ubi Rodanus
intrat mare, terra Provincia (14) et sanctus Egidius
nominatur, qui tanti meriti apud deum existit,
quod omnis, qui in eo devocionem suam ponit (15),
et memoriam eius agit,
si quid (16) ab eo pecierit,
indubitanter obtinebit.
Ad modum ergo pueri ymaginem auream fabricate,
regalia munera preparate,
eaque sancto Egidio mittere festinate.

---

(12) *compleveritis*, ed. Ged. p. 78. et cod. Heilsb. *compleatis*, cod. Gnesn.
(13) *quantocius*, ed. Ged. p. 78. et cod. Heilsb.
(14) *circa Provinciam* pro *terra P.* ed. Ged. p. 78. *certa provincia*, cod. Heilsb.
(15) *habet devocionem*, ed. Ged. p. 78. et cod. Heilsb.
(16) *quicquid* pro *si quid*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Nec mora puerilis ymago, cum calice, de auro purissimo fabricatur.

aurum, argentum, pallia, sacre vestes preparantur,

que per legatos fideles in Provinciam (17) cum huiusmodi litteris deferrentur:

Epistola Wladislai ad sanctum Egidium et (1) *ad monachos.* (2)

Wladislaus, dei gracia dux Poloniensis (3), et Juditha, legitima coniux eius, venerabili Abati sancti Egidii (4), cunctisque fratribus, humillime devocionis obsequium.

Audita fama, quod sanctus Egidius prerogative pyetatis premineat dignitate,

et quod promtus sit adiutor, sibi data divinitus potestate,

pro spe sobolis munera sibi nostre devocionis offerimus,

vestrasque sanctas oraciones in auxilium nostre peticionis humiliter imploramus.

---

(17) *in Provinciam*, desunt in ed. Gd. p. 78. et in cod. Heilsb.

(1) Binas ultimas lineolas litterarum *m.* in verbis *sanctum Egidium* pius quidam lector cod. Gnesn. erasit, eformavitque satis inepte genitivum casum ex accutasivo, delevit quoque conjunctionem *et*, oblitus tamen est delere praepositionem repetitam *ad*, tali modo jam superfluam.

(2) *capituli*, ed. Ged. p. 78. Cod. Heilsb. vero habet siglum, quod potius indicare videtur: *capitulum*.

(3) *Polonie*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(4) *S. Egidio*, ed. Ged. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXXI.

De ieiuniis et oracionibus pro nativitate (1) *tercii Bolezlaui.* (2)

Perlectis itaque litteris,
et muneribus receptis,
abbas et fratres mittenti munera (3) retulerunt,
et triduanum ieiunium cum letaniis et oracionibus peregerunt,
divine maiestatis omnipotenciam obsecrantes,
quatenus devocionem fidelium,
principaliter sibi tanta mittencium, (4)
multoque plura vovencium,
adimpleret (5),
unde gloriam sui nominis apud gentes incognitas exaltaret,
atque (6) famam Egidii, sui famuli, longe lateque exdilataret. (7)

(1) $\overline{nti}$ = nativitate, quo siglo cod. Gnesn. non intellecto et inde deleto, quidam insipiens lector posuit post verbum Boleslai *donac$\overline{o}$e* = *donatione*.
(2) *capitulum*, ed. Ged. p. 78. et cod. Heilsb.
(3) Semlerus p. 35. consulit addere *sua* aut *gracias*, referens *munera* non ad monachos, sed ad parentes.
(4) *implorancium* pro *sibi t. mittentium*, ed Ged. p. 78. *sibi tanta mipt$\overline{e}$cium*, cod. Heilsb.
(5) *adimplent*, non bene habet cod. Heilsb.
(6) *et* pro *atque*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(7) *dilataret*, ed Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Euge serve dei! caput hujus materiei! (8)
Perfice servorum, que poscunt, vota tuorum.
Pro puero puerum (9), pro falso perfice verum.
Confice carnalem, retinens tibi materialem. (10)
Quid plura? Necdum ieiunium a monachis in Provincia complebatur,
et iam mater in Polonia de concepto filio letabatur.
Nondum inde legati discedebant,
et iam monachi: dominam eorum concepisse, predicebant. (11)
Unde missi domum cicius et alacrius remeantes,
et presagium monachorum certum esse probantes,
de concepto filio fiunt (12) leti,
sed de (13) voto leciores erunt facti, (14)

Explicit primus liber.

---

(8) *materie*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 78. Codice nostro comprobatur conjectura Semleri p. 43. legentis: *materiei.*

(9) *primum* loco *puer.* ed. Ged. ibid. Comprobat conjecturam Semleri p. 43. codex uterque.

(10) Ed. Ged. p. 78. ponit loco huius versus totius *etc.* tantum. Semlerus p. 43. supplevit versum ed. Ged. tali modo: *qui miserunt tibi talem.* Vterque codex complectitur versum, quem imprimi curavimus.

(11) *predicabant*, ed. Ged. p. 78. contra auctoritatem codicis utriusque.

(12) *fuerunt*, ed. Ged. p. 78.

(13) *pro*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(14) *sunt effecti*, ed. Ged. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

LIBER SECUNDUS (1)

INCIPIT EPISTOLA.

Domino Paulo, dei gracia Poloniensi reverende discrecionis episcopo (2), suoque (3) cooperatori imitende (4) religionis, Michaeli, cancellario, modici dispensator obsonii paterne veneracionis ac debite servitutis obsequium.

Meditanti mihi de plurimis (5), iniecit (6) se vestre recordacio largissime caritatis, vestreque, (7) fama longe lateque diffusa, vobis collate divinitus sapiencie ac humanitus probitatis. (8)

---

(1) Verba haec *Liber Secund.* ipse apposui inter finem libri praecedentis et epistolam subsequentem libri secundi, quamvis desint in utroque codice.

(2) Posnaniensis episcopus ab auctore Poloniensis huc et alibi cur appelletur, exposuit rationem Kownacki p. 191.

(3) *suo quoque* pro *suoque*, ed. Ged. p. 79. et cod. Heilsb.

(4) sic in cod, quod forsan legendum *immitendae*, ed. Ged. p. 79. habet *imitande*, et similiter cod. Heilsb.

(5) *vestris dotibus*, addit ed. Ged. p. 79. ex mero arbitrio.

(6) *offert se*, ed. Ged. ibid. In cod. Heilsb. spatium vacuum.

(7) *vestraque*, ed. Ged. *vestreque*, ambo codices.

(8) *pietatis*, ed. Ged. p. 79. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Sed quia plerumque capax mentis intencio concipit,

que tarde (9) loquendi facultate (10) non exprimit,

bone voluntatis intencio sufficiat pro loquela,

nam cum facit,

quis, quod potest (11),

tunc non (12) iuste fit querela.

Verumptamen, ne tantorum virorum gloriam,

tamque religiosorum memoriam

prelatorum, silencio preterire videamur,

eorum laudibus insistendo, quasi guttam de fonticulo comportare Tyberinis (13) gurgitibus innitamur.

Licet enim, (14) quod perfectum est, non possit naturaliter augmentari,

racio tamen non prohibet, illud scriptis laudumque preconijs venerari.

Nec indecens in picturis aliquis (15) indicatur,

---

(9) *tarda*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(10) *facultas*, ed. Ged. p. 79. et cod. Heilsb.

(11) *petunt*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(12) *non*, deest in cod, addidi ex ed. Ged. p. 79. *petunt juste fit querela*, tamen et cod. Heilsb. corruptum exhibet locum. Legendum forsan: *tunc injuste.*

(13) Ex his quoqe verbis elicit Kownacki p. 194. conjecturam: auctorem Polonum Romae scripsisse.

(14) *licet enim*, bis repetita in cod. Gnesn.

(15) *aliqū* lego *aliquis*; ed. Ged. p. 79. et cod. Heilsb. vero habent: *aliquando judicatur.*

http://rcin.org.pl

si speciosis (16) coloribus, pro veritate (17) operis, (18) niger color insereatur. (19)

Jn mensa quoque regum sepe quoddam vile presentatur edulium,

quo deliciarum propellatur cottidianarum fastidium.

Jnsuper etiam formica, cum sit camelo quantitate corporis animal inequale,

opus tamen suum exercet studiose, suis (20) viribus (21) coequale.

Quarum exemplo rerum inductus, balbucientis more, puerilia verba formare conor, in laudem virorum, per se laudabilium, adhibita sine laude,

vel in preconium Jsrahelitarum, veraciter, sine fraude.

Quorum vita laudabilis,

doctrina perspicabilis,

mores imitabiles, predicatio salutaris.

Quorum (22) sapiencia,

bicipiti philosophie (23) monte (24) derivata,

---

(16) *preciosis*, ed. Ged. p. 79. et cod. Heilsb.

(17) *verietate*, censeo legendum esse *veritate*, quamvis cod. Heilsb. et ed. Ged. ibid. habeant *varietate*.

(18) *magni*, quae tamen vox in Gnesn. cod. punctis suppositis tanquam erronea est notata.

(19) *misceatur*, ed. Ged. p. 79. et cod. Heilsb.

(20) *suis*, deest in ed. Ged. p. 79. et in cod. Heilsb.

(21) *juribus* habet cod. Gnesn. *viribus* vero ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(22) *vita laudabil*, verba cod. Gnesn. erronea, punctis notata, hoc loco iterum repetita, omisi in contextu.

(23) *philosophie*, deest in ed. Ged. ibid. adest in cod. Heilsb.

(24) Parnassum bicolem intellexisse auctorem, interpretatus est Kownacki p. 194.

http://rcin.org.pl

condensa silvarum Polonie sic sagaciter illustrat,

ne prius triticeum (25) fidei semen in terram humani cordis incultam spargant,

donec inde spinas et tribulos verbi divini ligonibus radicitus exponant;

similes existentes (26) etiam hominum (27) patrifamilias, scienti de thesauro proferre nova et vetera, vel Samaritano vulnerati (28) plagas alliganti,

vinumque et oleum desuper (29) infundenti,

qui triticum quoque conservis fideliter (30) distribuunt ad mensuram,

et talentum non abscondunt, (31) sed dividunt ad usuram.

Sed cur mutus fari nititur de facundis?

vel ingenii puer parvi cur implicat se tam profundis (32)?

Parcat tamen ignorancie,

parcat et benivolencie,

magni patres! vestre

---

(25) *triticeum*, deest in ed. Ged. p. 79. adest tamen et in cod. Heilsb.

(26) *existunt*, ed. Ged. p. 79. et cod. Heilsb.

(27) *hominum*, deest in ed. Ged. ibid. adest vero et in cod. Heilsb.

(28) *Samaritana vulnerato* non recte habet ed. Ged. p. 79. *Samaritano vulnerato*, cod. Heilsb.

(29) *dei super* pro *desuper*, cod. Heilsb. non recte.

(30) *fideliter*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

(31) *abscōdit*, singul. numerum mutavi in pluralem, quem et ed. Ged. p. 79. bene habet, et cod. Heilsb.

(32) *vel ingenii — — tam profundis*, desunt in ed. Ged. p. 79. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

vestre discrecio sanctitatis;
nec perpendat:
quid vel quantumlibet sui laboris offerat,
sed quid captat (33),
nostre desiderium facultatis.
Nam cum potenti pauper amicus quantumlibet (34) sui laboris minimum administrat, (35)
non donum, sed dantis affectum, perpendens, illud recipere, magno pro munere, non recusat.
Igitur opusculum, almi patres!
stilo nostre pusillanimitatis,
ad laudem principum et patrie nostre pueriliter exaratum, suscipiat et comendet
excellens (36) auctoritas et benivolencia vestre mentis,
quatenus deus omnipotens bonorum temporalium et eternorum vos amplificet,
incrementis.

Explicit epistola. Incipit epylogus. (1)

Nobis astate,
Nobis hoc opus recitate.
Per vos, si vultis,
Opus est laudabile multis.

(33) *cupiat*, ed. Ged. p. 79. *captat*, codices.
(34) *libet*, sillabae per errorem bis repetitae in cod. Gnesn.
(35) *amministrat*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(36) *extollens*, ed. Ged. p. 79. *commendat extollens*, cod. Heilsb.
(1) *epylogum*, cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Non est mirum, (2) a labore si parum quievimus;
Tempus erat quiescendi (3), tot terras transivimus, (4)
Neque ceptum iter bene cognitum habuimus,
Sed per illos, qui noverunt (5), paulatim inquisivimus. (6)
Exsurgamus iam de (7) sompno, nam satis dormivimus,
Velut unius iam (8) diei viam inquisivimus,
Hac expleta, de futura satis cogitabimus.
Duce deo prosequamur, quod interposuimus!
Persolvamus! qui frequenter supra titubavimus, (9)
Et addamus! si quid nimis ignoranter diximus.

---

(2) *mirum*, deest in cod. Heilsb.
(3) *quiescendi*, deest in cod. Heilsb.
(4) Loco horum duorum versuum ed. Ged. p. 79. habet: *Non est a labore si parum etc. tot terras transivimus.* Jam siglum *etc.* indicat: quaedam deesse. Sigla lectu difficilia omittere solet ubicunque editor.
(5) *noverant*, ed. Ged. p. 79. 80. *noverunt*, codices.
(6) *inquirimus*, cod. Heilsb.
(7) *a* pro *de*, ed. Ged. p. 80. et cod. Heilsb.
(8) *vel cujus jam*, ed. Ged. p. 80. *vel unius jam*, cod. Heilsb.
(9) *titulauimo* per errorem, ut reor habent quidem codices ambo, *titubavimus* vero ed. Ged. p. 80.

http://rcin.org.pl

INCIPIT SECUNDUS LIBER.

CAPITULUM I.

Tercii Bolezlaui primo de nativitate. (1)

Natus igitur puer Bolezlauus in die festo sancti Stephani, regis, fuit. (2)

Mater eius vero, subsequenter infirmata, nocte dominice nativitatis occubuit.

Que mulier in pauperes et captivos, ante diem precipue sui obitus, opera pietatis exercebat,

et multos Christianos de servitute Judeorum suis facultatibus redimebat.

Illa mortua, Wladizlauus dux, quamvis (3) homo gravis egerque (4) pedibus erat, et etate prouectus, (5) habebat sororem

imperatoris tercii Henrici uxorem,

(1) Cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 80. legunt: *Incipit II. lib. tercii Boleslai*, omittens caetera verba codicis Gnesn.

(2) Loco puncti ed. Ged. p. 80. posuit comma, verbum *fuit* trahens ad *matrem infirmatam.*

(3) *qz* = *quia*, cod. Gnesn. et ed. Ged. p. 80. codex vero Heilsb. omnibus litteris pictam vocem *quia* sistunt non recte.

(4) *debilisque* pro *eger*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(5) *puulus* = *parvulus*, quia p. cancellatum, erronee habent ambo codices, *prouectus* vero ed. Ged. p. 80.

http://rcin.org.pl

prius Solomonis, Vngarie regis, in matrimonium desponsatam, (6)

de qua nullum filium, sed tres filias, procreavit (7),

una quarum in Rusia viro nupsit,

una (8) vero suum sacro velamine caput texit,

unam autem sue gentis quidam sibi conunivit. (9)

Sed ne tanti pueri parentem nudo sermone transeamus,

aliquo eum ornamento milicie vestiamus!

Igitur Polonorum dux Wladislauus,

Romanorum imperatori maritali connubio conunitus (10),

de Pomoranis, succurrentibus suis, (11) castrum eorum obsidendo triumphavit,

eorumque contumaciam suis sub pedibus conculcando (12) annulavit,

eiusque victorie gaudium dei (13) genitricis assumpcio generavit. (14)

---

(6) *desponsavit*, non bene legitur in ambobus codicibus, *in matrimonium desponsatam* desunt in ed. Ged. p. 80.

(7) *generavit*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(8) *alia* pro *una*, ed. Ged. ibid. *altera*, cod. Heilsb.

(9) *tercia vero quidam sibi sue gentis counivit*, cod. Heilsb. *tertia vero quendam sibi sue gentis conjunxit*, ed. Ged. p. 80.

(10) *conjunctus*, ed. Ged. p. 80. *counitus*, cod. Heilsb.

(11) *succurrentib. suis* desunt in ed. Ged. ibid. sunt tamen in utroque codice.

(12) *conculcando*, deest in Gnesn. cod., addidi ex ed. Ged. p. 80. et cod. Heilsb.

(13) *dei* deest in cod. Heilsb.

(14) *ejusque victorie — generavit*, desunt in ed. Ged. p.

http://rcin.org.pl

Quibus victis, civitates eorum et municipia infra terram et circa (15) maritima violenter occupavit,

suosque vastaldiones (16) et comites in locis principalibus (17) et municioribus ordinavit.

Et quia perfidie paganorum omnino uoluit insurgendi fiduciam amputare,

suosmet prelatos iussit, nominato die, in hora constituta, omnes in meditullio terre (18) municiones concremare.

Quod ita (19) factum est. (20) Nec sic tamen gens rebellis edomari potuit.

Nam quos Setheus (21) eis prefecerat, (22) qui tunc milicie princeps erat, (23)

partim pro eorum noxa peremerunt,

nobiliores vero, discrecius et honestius se habentes, vix amicorum assensu (24) fugaverunt. (25)

---

80. quamvis omnia, omissa tantum voce *dei*, leguntur in cod. Heilsb.

(15) *circa*, vox haec a correctore est addita in cod. Gnesn.

(16) *vasaldiones*, ed. Ged. p. 80.

(17) *principalioribus*. ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(18) *terre*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 80. *regni* vero cod. Gnesn.

(19) *sic* pro *ita*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(20) *fuit* pro *est*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(21) *Szeczecheus*, ed. Ged. p. 80. et cod. Heilsb. *Cetegus*, *Czethegus*, anon. Sommersb. l. 24. et *Zusätze zur Hist. und Genealogie von Schlesien* I. p. 12.

(22) Cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 80., sed cod. Gnesn. non recte habet: *preferebat*.

(23) *erat*, deest in ed. Ged. p. 80. et in cod. Heilsb.

(24) *consensu*, ed. Ged. ibid. et. cod. Heilsb.

(25) *fugerunt*, cod. Gnesn. *fugaverunt*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM II.

De bello cum Pomeranis. (1)

At (2) Wladislaus dux, illate (3) suis iniurie reminiscens, cum forti manu terram eorum ante XL. (4) introivit,

ibique ieiunii plurimum adimplevit.

Expleta itaque ibi ieiunii

parte quam plurima summi, (5)

urbem terre (6) populosiorem (7) et opulenciorem ex inproviso intravit,

indeque (8) predam inmensam et captivos innumerabiles congregavit.

Cumque iam cum sua preda, nichil dubitans, remearet,

iamque securus sui regni finibus propinquaret,

Pomorani subito, subsequentes, eum super fluvium quendam (9) invaserunt,

(1) Codex uterque nullam habet inscriptionem, nec ed. Ged. p. 80. sed interjecto spatio a capite pergunt.
(2) *Tum* pro *at*, ed. Ged. p. 80.
(3) *intale* pro *illate*, non bene cod. Gnesn.
(4) *ante* XL., in ed. Ged. p. 80. omittuntur more solito editoris, quia lectu difficiliora sigla.
(5) *summi*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.
(6) *terre*, est quidem in Gnesn. cod. sed deest *urbem*, quam vocem recepi ex ed. Ged. p. 80. et ex cod. Heilsb.
(7) *populo p'orē* = priorem, potentiorem, cod. Heilsb.
(8) *ibique* pro *indeque*, ed. Ged. p. 80. et cod. Heilsb.
(9) Sic habet cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 80. sed Gnesn.

http://rcin.org.pl

bellumque cum eo, pridie palmarum, (10) cruentum et luctuosum (11) partibus utrisque comiserunt.

Illud enim prelium hora, quasi die, (12) tercia est inceptum,

vespertino vero crepusculo (13) definitum.

Pomorani tandem (14) pro municione noctis caliginem induerunt,

Poloni vero campum victorie, *Drzu* vocabulo, (15) tenuerunt.

In dubio enim pependit,

utrum Christianorum lues an paganorum ubi extiterit. (16)

Quod flagellum deus, ut credimus, omnipotens in transgressoribus observancie quadragesimalis (17) ad correccionem exercuit (18),

sicut quibusdam postea, de ipso liberatis periculo, revelavit.

---

cod. legit pro quendam *vnda*. Annon. Sommersb. I. 24. et *Zusätze zur Historie und Genealogie von Schlesien* I. p. 12. (*Nacka*) *Nacla* nuncupant fluvium.

(10) *palmas*, cod. Gnesn.

(11) omisso *et*, legit: *inluctuosum*, cod. Gnesn.

(12) *diei*, cod. Heilsb et ed. Ged. p. 80. *hora diei tercia usque ad crepusculum est pugnatum*, anon. Sommersb. I. 22.

(13) *est disruptum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(14) *tamen* pro *tandem*, ed. Ged. p. 80. et cod Heilsb.

(15) *Drzu vocabulo*, desunt in ed. G. p. 80. *drzy*, cod. Heilsb.

(16) *vires an paganorum ibi extiterint inferiores*, habet ed. Ged. p. 80. loco verborum Gnesn. cod. *lues — — extiterit*. Cod. Heilsb. *utrum Xianor. vires an paganorum ibi extiterint. Quod.*

(17) *Christiane* pro *quadragesimalis*, ed. Ged. p. 80. *XLme*, cod. Heilsb.

(18) *exeruit*, est in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Et quia luctuosa et dampnosa, sicut dictum est, victoria multis erat,

diesque dominice resurrectionis (19) imminebat,

vicit racio redeundi (20)

consilium dancium (21) persequendi. (22)

CAPITULUM III.

Obsidio castri Nakiel (1).

Jtemque, de Bohemia (2) tribus aciebus in auxilium evocatis,

Pomoraniam invadit (3) Wladislauus circa sancti solempnia Michaelis. (4)

Jbique castrum Nakyel obsidentibus inaudita mirabilia contingebant,

que singulis eos noctibus armatos et quasi in (5) hostes pugnaturos terroribus agitabant.

(19) *reseruacionis*, cod. Heilsb.

(20) *recedendi*, ed. Ged. p. 81. *redendi*, cod. Heilsb.

(21) *dancium*, deest ibid. in ed. solum Ged.

(22) *prosequendi*, ed. Ged. p. 81. *persequendi*, codices.

(1) Usque ad finem fere ubicunque jam desiderantur in codice Gnesn. inscriptiones, indicantur capita solum spaciis vacuis, modicis. Capit. III. inscriptio deest et in ed. Ged. p. 81. et in cod. Heilsb

(2) Bohemis, ed Ged. p. 81. et cod. Heilsb.

(3) *Pomoraniam invadit*, desunt in ed. Ged. ibid.

(4) *victor, ibique*, ed. Ged. ibid. Cod. Heilsb. corruptum exhibet locum: *Itemque de Bohemis tribus aciebus inacubilium evocatis W. circa S. sollempnia Michaelis ibique Nakel.*

(5) *in*, praeponit ed. Ged. p. 81. et cod. Heilsb. quae praepositio deest in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Cumque talem delusionem diucius paterentur,

et quidnam illud esset, vehemencius mirarentur,

una nocte, pavore solito concitati, longius a castris (6) exeuntes,

nocturnas umbras quasi palpitantes,

delusi hostium vicissitudine sequebantur (7),

interim (8) vero oppidani properantes de propugnaculis (9) descenderunt,

eorumque machinas partemque stacionis combusserunt.

Jtaque Poloni cum se nichil profecisse (10), nec se bellum invenisse, conspicerent,

et cum magna pars exercitus, presertimque Bohemi, victualia non haberent (11),

incassum labore consumpto redierunt. (12)

Sicque Pomorani contra Poloniam paulatim in superbia (13) sunt erecti, (14)

---

(6) *castro*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(7) *nocturnas quasi umbras papitantes hostium vicissitudine sequebantur*, cod. Heilsb. *nocturnas quasi umbras hostium sequebantur*, ed. Ged. p. 81.

(8) *Interim*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *iterum*, cod. Gnesn.

(9) *propugnaculo*, absque praepositione *de*, ed. Ged. p. 81. *oppidani properant propugnaculum descenderunt*, cod. Heilsb.

(10) *fecisse*, ed Ged. p. 81. et cod. Heilsb.

(11) *haberent*, ed. Ged. p. 81. et cod. Heilsb. *habuerunt*, cod. Gnesn.

(12) *rēddierūt*, scriptum in cod. Gnesn. per duplex *d. reduerunt*, habet. cod. Heilsb.

(13) *superbiam*, ed. Ged. p. 81. et cod. Heilsb.

(14) *per puerum — — exʿirpandi*, desunt in ed. Ged.

http://rcin.org.pl

per puerum Martis, quem chalamo pingimus, extirpandi.
Sed ne letam exenterare materiam videamur,
malorum (15) invidiam pocius quam detraccionis infamiam paciamur.
Nec absurdum ullatenus ulli discreto (16) videatur,
si in hac hystoria cum legitimo concubine filius inducatur,
nam in historia principali duo filii Abrahe memorantur,
sed ad (17) invicem a patre pro discordia separantur;
ambo quidem de patriarche semine procreati,
sed non ambo iure patrimonii coequati.

CAPITULUM IV.

De Zbigneo rebelli. (1)

Jgitur (2) Zbigneuus (3) a Wladislauo duce de concubina progenitus in Cracoviensi civitate,

p. 81. quae loco horum ponit: *etc.* adsunt tamen omnia in cod. Heilsb. qui solum *martir* loco *Martis* habet erronee.
(15) *que*, ed. Ged. p. 81. addit non bene.
(16) *discrecio*, in cod. Gnesn. scriptum esse videtur. *discreto*, ed. Ged. p. 81. et cod. Heilsb. legunt.
(17) *ab*, cod. Gnesn, *ad*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(1) Deest inscripto et in ed. Ged. p. 81. et in utroque codice.
(2) *Jgitur*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.
(3) *namque*, ed. Ged. p. 81. et cod. Heilsb. hoc loco addunt.

http://rcin.org.pl

adultus iam etate, literis (4) datus fuit,
eumque (5) noverca sua in Saxoniam docendum (6) monasterio monialium transmandavit. (7)
Eo tempore Setheus (8), palatinus comes, vir (9) sapiens, nobilis, et formosus (10) erat,
sed avaricia excecatus, multa crudelia et inportabilia exercebat,
alios scilicet vili occasione transvendebat,
alios de patria propellebat,
ignobiles vero (11) nobilibus preponebat. (12)
Unde multi (13) sua sponte, non coacti, fugiebant,
quia idem sese (14) pati sine culpa metuebant.
Sed qui, prius fugitivi, per diversa vagabantur,

---

(4) *literis*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 81. quam secutus sum, reieci enim lectionem Gnesn. codicis: *lectis*.
(5) *cumque*, ed. Ged. p. 81.
(6) *ad discendum in*, ed. Ged. ibid. corrigens codicem Heilsb.
(7) *transmandabatur*, ed. Ged. p. 81. Lectio melior codicum tollit dubias conjecturas Naruszewicii (Hist. Narodu Polsk. III. p. 8.) et Kownacii p. 278.
(8) Gnesn. codex habet *Stephanus*, sed tam cod. Heilsb. atque ed. Ged. p. 81. legens *Szeczeus*, quam ulterior tenor hujus capituli et cap. 1. in fine, suadent legere: *Setheus*.
(9) *quidem* addit ed. Ged. p. 81. et cod. Heilsb.
(10) *famosus* pro *formosus*, ed. Ged. p. 81. *formosus*, codices.
(11) *vero*, deest in ed. Ged. p. 81. et in cod. Heilsb.
(12) *preferebat*, ed. Ged. p. 81. et cod. Heilsb.
(13) *multa*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(14) *se* alterum est superpositum manu correctoris in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Brethizlavi (15) ducis consilio in Bohemia congregantur.

Sicque (16) Bohemorum caliditate quosdam precio conduxerunt,

qui Sbigneum (17) furtim de claustro (18) monialium extraxerunt.

Recepto ergo (19) Sbigneo, in Bohemia fugitivi

legacionem (20) in hec verba comiti mittunt, nomine Magno, (21), Wrotislaviensi:

Nos quidem, comes Magne! quovismodo (22) Zethei contumelias in exilio positi (23) toleramus,

sed tibi, Magne! cui (24) nomen ducatus est plus decori quam honori, (25) lacrimabiliter (26) condolemus,

---

(15) *Brzeczslai*, cod. Heilsb. *Brzeczlai*, ed. Ged. p. 81. *Wratislai*, anon. Sommersb. I. p. 25.

(16) *ideoque* pro *sicque*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(17) Quod nomen saepe in Gnesn. cod. per literam initialem S. scriptum occurrit.

(18) *monasterio*, ed. Ged. p. 81. et cod. Heilsb.

(19) *ergo*, deest in ed. Ged. ibd. et in cod. Heilsb.

(20) *letagacionem* habet cod. Gnesn.

(21) *Wratislauiensium capitaneo*, ed. Ged. p. 81. Quorum loco *Wratislao* in cod. Heilsb. legitur.

(22) *Magne! quovismodo*, desunt in ed. Ged. p. 81. *Magne*, deest et in cod. Heilsb.

(23) *porti*, est in cod. Gnesn. et legi potest quoque *portati. positi*, habet. cod. Heilsb.

(24) *cui*, vox haec in margine cod. Gnesn. est repetita, ne *tui* legeretur.

(25) *tibi Magne! — — quam honori*, desunt in ed. Ged. p. 81. quae ponit solum *etc.* adsunt tamen in cod. Heilsb.

(26) *lacrimabiliter*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. —*tus*, cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

cum laborem honoris (27) nec (28) honorem habeas,

cum pristaldis Zethei (29) dominari non audeas,

sed si iugum servitutis de cervice volueris excutere,

festina puerum, quem habemus, in clipeum defensionis recipere.

Et hoc totum dux Bohemicus suggerebat, qui libenter discordiam inter Polonos seminabat.

Hoc audito Magnus diu inprimis hesitavit, sed comunicato consilio maioribus et laudato verbis eorum, eum recipiens, acquievit.

Pro quo facto Wladislauus, pater eius, contristatur, (30)

et (31) Zetheus cum regina multo magis conturbatur.

Igitur legatum Magno Wratislaviensisque magnatibus (32) regionis transmiserunt,

sciscitantes: quid hoc esset, quod Sbigneuum cum

(27) *oneris*, *sed non honorem*, anonym. Sommersb. I. 25.

(28) *non* pro *nec*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(29) *Zetheus*, cod. quidem legit, sed ed. Ged. p. 81. omissa voce *pristaldis* habet: *cum pre potencia Szczei.* Alter cod. Gnesn. nempe legit: *cum pristaldis Zeczei.*

(30) *contristatur*, ed. Ged. p. 81. et cod. Heilsb. *contestatur*, cod. Gnesn.

(31) *sed Szeczech*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(32) *Wratislaviensi magnatibusque*, ed. Ged. p. 81. *Igitur legato magno Wratislao magnatibusque*, cod. Heilsb. corruptum habet locum.

http://rcin.org.pl

fugitivis, sine patris imperio, recepissent,

si (33) rebelles existere vel obedire sibi vellent? (34)

Ad hec Wratislavienses unanimiter (35) responderunt:

non se patriam Bohemicis vel alienis nacionibus tradidisse, (36)

sed domini ducis filium, suosque fugitivos, recepisse,

seseque vel domino (37) duci, legitimoque filio suo (38) Bolezlauo, in omnibus et per omnia fideliter obedire,

sed Setheo suisque malis operibus modis omnibus contraire. (39)

Populus autem legatum (40) lapidare volebat, (41)

quia Sethei partes falsis ambagibus defendebat.

Unde multum Wladislauus (42) indignatus, et Setheus ira nimis (43) inflammatus,

---

(33) *si*, ed. Ged. p. 81. *sed*, cod. et Gnesn. et Heilsb.
(34) *vellent*, ed. Ged. p. 81. *vellet*, cod. Heilsb; codex vero Gnesn. habet: *nollent.*
(35) *unanimiter*, deest in ed. Ged. p. 81. et in cod. Heilsb.
(36) *Bohemis et alienis tradidisse*, ed. Ged. p. 81. 82. et cod. Heilsb.
(37) *seque domino*, ed. Ged. p. 82. *seque vel dno*, cod. Heilsb.
(38) *ejus* pro *suo*, ed. Ged. p. 82. et cod. Heilsb.
(39) *velle* addit ed. Ged. p. 82.
(40) *obedire*, vox iterum per errorem repetita, deleta huc in cod. Gnesn. occurrit.
(41) *volebat*, deest in cod. Heilsb.
(42) *nimis Boleslaus* pro *m. Wlad.* ed. Ged. p. 82. et cod. Heilsb.
(43) *nimis*, deest in ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

Wladislauum, Ungarie regem,
et Brethislauum, (44) Bohemie ducem,
in auxilium sibi contra (45) Wrathislavienses mandaverunt,
unde plus (46) dedecoris et dampni quam honoris et proficui habuerunt.
Nam Setheum (47) rex Wladislauus vinctum secum in Vngariam transportasset,
ni salute cum parvulo Boleslauo transfugisset.
Cumque nichil (48) virtute contra Wrathislavienses proficere potuissent, (49)
quia sui contra suos bellum gerere noluissent,
pacem invitus cum filio pater fecit,
eumque tunc primum suum filium appellavit.
Reversus interim de Polonia (50), quo fugerat Setheus, maiores inter eos (51) callide promissis et muneribus attentabat, (52)

---

(44) *Brzeczlaum*, ed. Ged. ibid. *Brzeczslaum*, cod. Heilsb.
(45) *in*, ed. Ged. p. 82. et cod. Heilsb.
(46) *plus*, deest in cod. Heilsb.
(47) *Zecheum vinctum secum in Vngariam ni pro salute*, omittens ergo: *transportasset*, cod. Heilsb. *Zeczechum vinctum secum in Ungariam*, habet ed. Ged. p. 82. ponitque tunc *etc.* atque omittit tali modo reliqua verba usque ad vocem: *transfugisset*.
(48) *non vel* pro *nihil*, ed. Ged. p. 82. et cod. Heilsb.
(49) *potuissent proficere*, cod. sed rhythmi causa transposui haec verba.
(50) *in Poloniam* loco *de Polonia* ed. Ged. p. 82.
(51) *inter eos*, in ed. Ged. p. 82. desunt, sed habet ea cod. Heilsb.
(52) *attemptabat*, codices.

http://rcin.org.pl

eos (53) paulatim in partem inflectebat.

Ad extremum vero pluribus inflexis cum exercitu dux Wladislauus ad urbem Wratislaviensem accedebat, (54)

iamque (55) castra sibi reddita (56) per circuitum obtinebat,

Zbigneus vero videns, sibi proceres intus et extra defecisse,

durum intelligens, se contra stimulum calcitrasse,

vulgi fidei viteque sue diffidens, de nocte fugit,

fugiensque castrum Crusvicz, (57) militibus opulentum, ab oppidanis receptus, introivit.

CAPITULUM V.

De castro Cruszwic expugnato et deleto. (1)

At pater dolens, eum impune sic evasisse,

Crusuicienses eumque contra se ipsum recepisse,

cum

(53) *eosque*, ed. Ged. p. 82. et cod. Heilsb. *Reversus Cethegus de loco, quo fugerat, majores Polonie calliditate — inflectebat.* Anon. Sommersb. I. p. 25. et *Zusätze zur Hist. u. Geneal. v. Schles.* I. Stück p. 12.

(54) *accedat*, cod. Heilsb. *accedit*, ed. Ged. p. 82.

(55) *que*, deest ibid. et in cod. Heilsb.

(56) *sibi reddita*, desunt quoque in ed. Ged.

(57) *Cruszwicz*, ed. Ged. p. 82. et cod. Heilsb.

(1) Desunt quidem verba inscriptionis, tam in codicibus, quam in ed. Ged. p. 82. ut jam supra monui, sed

http://rcin.org.pl

cum eodem exercitu Sbigneuum fugientem (2) persequitur,

totisque viribus Crusuiciense (3) castrum aggreditur.

Zbigneuus vero, convocata (4) multitudine paganorum,

habensque VII. acies Crusuiciensium, (5) exiens de castro, cum patre (6) dimicavit,

sed iustus iudex inter patrem et filium iudicavit.

Jbi namque bellum plus quam civile factum fuit,

ubi filius adversus patrem, et frater contra fratrem, arma nefanda tulit.

Jbi, spero, (7) miser Zbigneuus paterna malediccione, quod futurum erat, promeruit.

Jbi vero deus omnipotens Wladislauo duci misericordiam tantam fecit,

quod innumerabilem de hostibus multitudinem interfecit,

10

---

cod. Heilsb. et ed. Ged. uno halitu, non incipientes a capite, pergunt.

(2) *fugientem*, deest in ed. Ged. p. 82. *fugiens*, cod. Heilsb.

(3) *Cruszwiczense*, ed. Ged. ibid. *Cruszviciense*, cod. Heilsb.

(4) *commixta*, ed. Ged. p. 82. et cod. Heilsb. pro *convocata*.

(5) *Cruszwicziensium*, ed. Ged. p. 82. *Cruszuiciensium*, cod. Heilsb.

(6) *pace*, habet cod. uterque erronee, *patre*, ed. Ged. p. 82.

(7) *spero*, deest in ed. Ged. p. 82. quod in utroque tamen obvenit codice.

http://rcin.org.pl

et de suis sibi paucissimos mors ademit.

Tantum enim humani cruoris ibi sparsum fuit,

tantumque cadaverum in lacum, (8) castello contiguum, corruit,

quod ex eo tempore piscem illius aque comedere quisque bonus Christianus exhorruit.

Sicque Crusuicz, (9) diviciis prius (10) et militibus opulentum,

adinstar pene desolacionis est redactum.

Igitur Zbigneus, in castrum fugiens, cum paucissimis (11) liberatus,

utrum vitam perdat, an membrorum aliquod, est incertus. (12)

At pater, iuventutis stulticiam non ulciscens,

ne paganis, dubitans, (13)

vel alienis gentibus adhereret,

unde magis (14) periculum immineret,

pro vite membrorumque (15) salute, quesita

fide, concessa, (16)

---

(8) *in lacum*, desunt in ed. Ged. p. 82. et in cod. Heilsb.
(9) *Cruszwicz*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(10) *primum*, ed. Ged. p. 82. et cod. Heilsb.
(11) *est*, addit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(12) *utrum vitam perditurus an membronum aliquod incertus*, ed. Ged. p. 82. *utrum vitam perdat*, cod. Heilsb. *utrum*, deest in cod. Gnesn.
(13) *dubitans*, deest in ed. Ged. p. 82.
(14) *majus* pro *magis*, ed. Ged. ibid. *unum magis*, cod. Heilsb.
(15) *pro vite membrorumque*, desunt in ed. Ged. p. 82.
(16) *concesse*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

secum illum in Masoviam transportavit,
eumque carcere in castro Sethei aliquanto tempore maceravit,
postea vero, in consecracione Gneznensis ecclesie, interventu episcoporum et principum, eum (17) advocavit,
eorumque precibus (18) graciam, quam perdiderat, acquisivit.

CAPITULUM VI.

Miraculum de Sancto Adalberto. (1)

Et quoniam (2) ecclesie mencio Gneznensis in hoc fieri forte (3) contigit, (4)
non est dignum,
preterire miraculum,
quod (5) in vigilia dedicacionis precio-

(17) *interventu episcoporum eum ad principū* (ad principatum? principiumve?) *advocavit*, cod. Gnesn. *episcoporum et principum eum advocavit*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 82.
(18) *et in conspectu eorum graciam* pro *eorumque precibus*, ed. Ged. p. 82. et cod. Heilsb.
(1) Hanc inscriptionem habet ed. Ged. p. 82. et cod. Heilsb.
(2) *quia*, ed. Ged. et cod. Heilsb. *qm̄*, cod. Gnesn.
(3) *forte*, in margine codicis Gnesn. additum eadem manu.
(4) *hic facta est* pro *in hoc — — contigit*, ed. Ged. p. 82. et cod. Helsb.
(5) *quod*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

sus martir Adalbertus et (6) paganis et Christianis ostenderit. (7)

Accidit autem eadem nocte (8), in quoddam castrum Polonorum quosdam traditores eiusdem castri Pomoranos sursum funibus (9) recepisse,

eosque receptos in propugnaculis (10) diem crastinum (11) ad oppidanorum (12) perniciem expectasse.

Sed (13) ille, qui semper vigilat, nunquam dormitabit,

oppidanos dormientes sui militis Adalberti vigilancia custodiuit,

et paganos, insidijs Christianorum vigilantes, armorum terror spiritualium agitavit. (14)

Apparuit (15) namque quidam super album equum Pomoranis armatus, qui gladio eos extracto territabat,

eosque per gradus et solium (16) castri precipites agitabat. (17)

---

(6) *a* pro *et*, ed. Ged. ibid. *a paganis et a Xanis ostē*, cod. Heilsb.

(7) *est visus* pro *ostenderit*, ed. Ged. ibid. supplet.

(8) *noctē* = noctem, per errorem scriptum in codice Gnesn.

(9) *finibus*, cod. Heilsb.

(10) *castri*, ed. Ged. p. 83. *crastinum*, cod. Heilsb.

(11) *diem crastinum*, desunt in ed. Ged. p. 83.

(12) *oppidanar.* non recte in Gnesn. cod. occurrit.

(13) *At* pro *sed*, ed.Ged. p. 83. et cod. Heilsb.

(14) et *paganos in insidiis cristi spiritualium agitavit*, cod. Heilsb. *et paganos in insidiis agitavit*, ed. Ged. p. 83.

(15) *aperuit*, legitur in codice Gnesn.

(16) *solum*, ed. Ged. p. 83.

(17) *agitavit*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Sicque procul dubio castellani, clamoribus paganorum et tumultibus excitati,
defensione gloriosi martiris Adalberti ab imminenti sunt mortis periculo liberati.
Hec ad presens de sancto dixisse sufficiat (18),
et ad intervallum superius nostre stilus intencionis incipiat. (19)

CAPITULUM VII.

De divisione regni inter filios facta. (1)

Igitur Gneznensi basilica (2) consecrata,
et (3) Zbigneo gracia patris impetrata,
Wladislauus dux ambobus filijs suum exercitum commendavit (4),
in Pomoraniam eos in expedicionem delegavit.
Jlli autem abeuntes,
et quale, nescio, consilium capientes,

---

(18) *sufficit*, cod. Gnesn. *sufficiat*, ed. Ged. p. 83. et cod. Heilsb.
(19) *ab intervallo superioris* (*superius*, cod. Heilsb.) *nostre stilus intencionis incipiatur*, ed. Ged. p. 83. et cod. Heilsb.
(1) *inter utrumque filium*, cod. Heilsb.
(2) *Gneznensi ecclesia*, ed. Ged. p. 83. et cod. Heilsb. *Gneznensis b.* nominativum casum ponit cod. Gnesn.
(3) *a*, praeponitur in ed. Ged.
(4) *et*, addunt ed. Ged. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

inperfecto negocio ex itinere redierunt.

Unde pater, necsio quid, suspicans, confestim inter eos regnum divisit,

sed de manu tamen sua sedes regni principales non dimisit.

Sed (5) quid in divisione cuique contigerit, enumerare, nobis imminet honerosum,

neque multum, hoc audire, vobis fuerit fructuosum.

CAPITULUM VIII.

Ulterior hujus divisionis dispositio. (1)

---

(2) Interrogatus autem pater a principibus: quis eorum excellencius emineret in legacionibus mittendis (3) et suscipiendis, in exercitu convocando et conducendo (4), et in tanti regni dispensacione multimoda? sic respondisse fertur: Meum quidem est, ut hominis senis et infirmi, regnum inter eos dividere,

ac de presentibus judicare,

sed alterum alteri prerogare (5),

---

(5) *Sed quid*, usque ad finem: *fuerit fructuosum*, desunt in ed. Ged. p. 83. et in cod. Heilsb.

(1) Argumentum hoc a nobis est additum.

(2) Non interrupto narrationis filo pergit cod. Heilsb et ed. Ged. p. 83. Gnesn. codex vero incipit a capite.

(3) *imittendis*, habet cod. Gnesn.

(4) *et conducendo*, desunt in ed. Ged. p. 83.

(5) *preferre*, ed. Ged. p. 83. *p̄rogan̄s*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

vel probitatem et sapienciam eis dare,
non est mee facultatis,
sed divine potestatis (6).

Hoc autem unum cordis mei desiderium vobis possum aperire,

quod discreciori ac (7) probiori in terre defensione et hostium inpugnacione volo vos omnes post mortem meam unanimiter obedire.

Interim vero sit (8) divisum eis regnum, potestatem (9) suam quisque (10) retineat.

Post obitum quidem meum Zbigneus, cum hoc, quod habet, Mazoviam simul habeat, (11)

Bolezlauus vero, legitimus filius meus, in Wratislaw, (12) et in Cracovia, et in Sandomir, (13) sedes regni principales obtineat. (14)

Ad extremum (15) autem, si ambo probi non fuerint,
vel si forte discordiam habuerint,
ille, qui externis (16) nacionibus adheserit,
et eas in regni destruccionem induxerit,

---

(6) *voluntatis*, ed. Ged. p. 83. et cod. Heilsb.
(7) *et*, ed. Ged. ibid. codexque Heilsb.
(8) *sicut* pro *sit*, ed. Ged. p. 83. et cod. Heilsb.
(9) *partem* pro *potestetem* ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(10) *unusquisque*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(11) *habebit*, ed. Ged. p. 83. et cod. Heilsb.
(12) *Wratislavia*, ed. Ged. p. 83. et cod. Heilsb.
(13) *Sndomir*, cod. Gnesn. habet. *Sandomiria*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(14) *obtinebit*, ed. Ged. p. 83. et cod. Heilsb.
(15) *ad extremum*, usque ad verba: *utilitati provideat*, desunt in ed. Ged. ibid.
(16) *exterig* = *exterius*, legitur in cod. Gnesn. ad *extremum*, usque: *ad vtilitati provideat* omittunt ed. Ged. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

privatus regno, patrimonii iure careat.

Ille vero solium regni lege perhenni possideat,

qui honori terre melius et utilitati provideat.

Effecta autem, ut dictum est, regni divisione,

habitaque patris luculenta satis oracione, (17)

puerorum quisque suam regni porcionem (18) visitavit,

eorum (19) vero pater semper in sua Mazovia libencius habitavit.

CAPITULUM IX.

De etate puerili Boleslai. (1)

Interim ne sit alicui aliquatenus admirandum, si quid scripserimus de Bolezlaui puericia memorandum.

Non enim, sicut assolet plerumque lascivia puerilis, ludos inanes sectabatur,

sed imitari strenuos actus ac militares, in qua puer poterat, nitebatur.

(17) *Facta autem hac regni divisione, quisque puerorum*, ed. Ged. p. 83. et cod. Heilsb.

(18) *partem*, ed. Gd. p. 83. et cod. Heilsb.

(19) *que* pro *vero*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(1) Totum hoc capitulum deest in ed. Ged. p. 83. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Et quamvis sit puerorum nobilium, in canibus et in volucribus delectari,
plus tamen solebat Bolezlauus, adhuc puerulus, in milicia gratulari.
Nondum enim equum ascendere vel descendere suis viribus prevalebat,
eciam invito patre, vel aliquociens nesciente, super hostes in expedicionem dux milicie precedebat.

CAPITULUM X.

Zeczech et Boleslaus Moraviam vastaverunt. (1)

Nunc vero quoddam pueri Boleslai (2) inicium puerilis milicie depingamus,
et sic paulatim de minoribus ad majora transcendamus.
Sicut notum est, dux Wladislauus, senio gravis et etate, Setheio (3), palatino comiti, suum exercitum (4) comittebat,
eumque pugnaturum, vel terras hostium vastaturum, delegabat.

(1) Haec inscriptio ex ed. Ged. p. 83. est desumpta.
(2) *pueri Boleslai*, ed. Ged. p. 83. et cod. Heilsb. *ejus*, cod. Gnesn.
(3) *Zeczecho*, ed. Ged. p. 83. *Zachero*, cod. Heilsb.
(4) *exercicium*, in cod. Gnesn. legitur.

http://rcin.org.pl

Unde (5) cum esset Moraviam (6) invasurus,
ivit cum eo puerulus, solo nomine pugnaturus.
Illa vice partem Moravie maximam destruxerunt,
indeque predam multam et captivos adduxerunt (7),
ac sine belli discrimine vel itineris redierunt.

CAPITULUM XI.

Bolezlauus puer interfecit aprum. (1)

Multa possem (2) de audacia huius pueri scriptitare,
nisi tempus iam instaret, ad summam operis properare.
Tamen quoddam (3) in oculto non permittam latitare,
cum sit dignum, ad exemplum probitatis rutilare.
Quadam vice puer Martis,

(5) *Verum* pro *unde*, ed. Ged. p. 83.
(6) *moriam* est in codice Gnesn. absque ullo siglo. Paulo infra totum nomen exaratum conspicitur.
(7) *abduxerunt*, ed. Ged. p. 83. et cod. Heilsb.
(1) Inscriptio ex ed. Ged p. 83.
(2) *possum*, ed. Ged. ibid.
(3) *Tantum quedam*, pro *tam. quoddam*, ed. Ged. p. 84.

http://rcin.org.pl

ad genticulum (4) in silva residens,
aprum immanem transeuntem,
ac densitatem silve subeuntem,
vidit, quem statim, de mensa surgens,
assumpto venabulo, subsecutus,
sine comite vel cane, presumptuosus invasit.

Cumque fere silvestri propinquasset,
et iam ictum in eius gutture vibrare voluisset,
ex adverso quidam miles eius occurrit,
qui vibratum ictum retinuit,
et venabulum ei auferre voluit.

Tum (5) vero Boleslauus, ira, immo audacia, stimulatus, geminum duellum mirabiliter, humanum scilicet et ferinum, singulariter superavit,
nam et illi venabulum abstulit, et aprum occidit.

Jlle vero miles postea, cur hoc fecerit? (6)
requisitus, se nescivisse, quid egerit,
est professus, et ob hoc tamen est ab eius
gracia longo tempore sequestratus.
Jlle vero puer inde redijt fatigatus, (7)
et vix tamen vires obtinuit ventilatus.

---

(4) *jentaculum*, ed. Ged. p. 84. *gentaculum*, cod. Heilsb.
(5) *Cum* pro *tum*, cod. Heilsb.
(6) *fecerat*, ed. Ged. p. 84. et cod. Heilsb.
(7) Reliqua desunt in ed. Ged. p. 84. quae loco hoc ponit *etc.* indicans lacunam. *et vix tamen obtinuit ventilatus etc.* cod. Heilsb. omittendo: *vires*.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XII.

Bolezlauus ursum interfecit. (1)

Aliud quoque factum eius puerile, huic simile, non tacebo,

quamvis noverim, quia exaulis non per omnia complacebo. (2)

Idem (3) puer, cum paucis in silva deambulans,

in eminenciori loco forte constitit,

ac deorsum huc illucque contemplans,

ursum ingentem cum ursa colludentem (4) prospexit.

Quo viso, statim, alijs prohibitis, in planiciem descendit,

ac solus et intrepidus, equo sedens, cruentas feras (5) adivit,

ursumque, contra se conversum brachijs erectis, venabulo perforavit.

Quod factum satis fuit illic astantibus admirandum,

et non videntibus pro tanta audacia pueri recitandum.

(1) Inscriptio deest et in ed. Ged. et in codicibus, a nobis est addita spacio vacuo.

(2) *quamvis — — complacebo*, desunt in ed. Ged. p. 84. et in cod. Heilsb.

(3) *namque*, addit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(4) *colludere*, ed. Ged. p. 84. et cod. Heilsb.

(5) *bestias* pro *feras*, ed. Ged. p. 84. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XIII.

Bolezlauus in hosticum procurrit. (1)

Interea (2) Bolezlauus, Marcialis puer, viribus et etate crescebat,

nec, ut assolet etas (3) puerilis, luxui vel vanitatibus intendebat,

sed ubicumque hostes predas agentes (4) senciebat,

illuc impiger (5) cum coequalibus (6) iuvenibus properabat,

et plerum (7) furtim cum paucis terram hostium introibat,

villisque combustis, captivos et predam adducebat.

Jam enim ducatum Wratilsauiensem, puer etate, senex probitate, retinebat,

nec dum tamen militare (8) gaudium attingebat.

Unde quia spes in eo iuvenis bone indolis pullulabat, (9)

(1) Inscriptio haec et in ed. Ged. deest et in codicibus.
(2) *Ante ea* pro *interea*, ed. Ged p. 84.
(3) *estas*, legitur in cod. Gnesn.
(4) *agentes*, ed. Ged. p. 84. *agere*, codices.
(5) *impigre*, ed. Ged. p. 84.
(6) *coevis* pro *coequalibus*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(7) *plerumque*, ed. Ged. p. 84.
(8) *militarez*, = *militarem*, habet cod. Gnesn.
(9) *pullulavit*, ed. Ged. p. 84. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

iamque (10) magnum in eo glorie signum militaris apparebat,
omnes eum principes diligebant,
quia futurum in eo magnum (11) aliquid perpendebant.

CAPITULUM XIV.

Bolezlauus Pomoranos oppugnat. (1)

Idem vero puerulus,
Martis (2) prole progenitus,
quadam vice super Pomoraniam equitavit,
ubi iam evidencius famam (3) sui nominis propalavit.
Namque castrum Medzyrzecz (4) tantis viribus obsedit,
tantoque impetu assultavit, (5)
quod (6) paucis diebus opidanos (7) dedicionem facere coartavit.

(10) *que magnum* desunt in ed. Ged. *iamque in eo*, cod. Heilsb.
(11) *magni* pro *magnum* ed. Ged. p. 84.
(1) Inscriptio deest et in ed. Ged. et in codicibus.
(2) *ī artis* = *in artis* legitur non bene in cod. Gnesn.
(3) *fama*, ed. Ged. p. 84.
(4) *Meczirzieczye*, cod. Gnesn. *Medzyrzecz*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *Mezerzia*, *Meznece*, anon. Sommersb. I. 25. *Zusätze zur Hist: u. Geneal. v. Schlesien* I. p. 12.
(5) *tantoque — assultavit*, desunt in ed. Ged. p. 84. et in cod. Heilsb.
(6) *in*, praeponit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(7) *ad dedicionem compulit*, ed. Ged. p. 84. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Ibi quoque (8) dapifer Woyslauus in vertice tale signum audacie comparavit,
quo vix eum, extractis ossibus, operacio sagax medici liberavit.

CAPITULUM XV.

Quomodo bellum gesserit in Pomorania.

Inde regressus quieti militum aliquantulum indulsit,
eosque statim illuc puer laboriosus reduxit,
qui regionem barbarorum subjugare concupiscens, predas agere prius, vel incendia facere, non conatur,
sed eorum municiones vel civitates obtinere vel destruere meditatur.
Igitur gressu concito quoddam (1) nobile ac (2) forte castrum (3) obsessurus invasit,
quod tamen eius primum impetum non evasit,
unde predam multam et captivos egit,
bellatores (4) vero sentencie bellice redegit.

(8) *Ibi quoque*, et sequentis capitis totum initium usque ad verba: *obtinere vel destruere meditatur*, desunt in ed. Ged. p. 84. et in cod. Heilsb.
(1) *Aliud quoque satis nobile* pro *Igitur* — — *quoddam*, ed. Ged. p. 84. et cod. Heilsb.
(2) *et* pro *ac*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(3) *gradu concito*, addit hoc loco ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(4) *bellatores vero* $\overline{sy}$ *bellice redegit*, cod. Heilsb., sed *bellatores* — — *redegit*, desunt in ed. Ged. p. 84.

http://rcin.org.pl

Et quo magis (5) amari debuit,
eo sibi maiorem invidiam cumulavit,
et inimicorum insidias ad suum interitum provocavit.

CAPITULUM XVI.

Machinaciones Zethei.

Jnterea namque Zetheus multas, ut ferunt, ipsis pueris insidias pretendebat,
ac paternum animum ab affectu filiorum multis machinacionibus avertebat.
Jn castellis etiam puerorum partibus deputatis,
aut sui generis aut inferioris,
quibus dominarentur, comites vel pristaldos preponebat,
eosque pueris inobedientes existere versuta calliditate commovebat.
Ambobus si quidem fratribus infestus insidiator existebat,
sed magis tamen Bolezlauum legitimum
et acrem animo, post patrem regnaturum,
suo infortunio, metuebat.
Jpsi vero fratres iusiurando se coniunxerant,
et inter se signum fecerant,
quod

(5) *Et quo magis*, usque ad initium capit. XVII. in ed. Ged. p. 84. desiderantur, aeque et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

quod, si Zetheus eorum alteri machinaretur insidias,
alter alteri subvenire cum totis viribus suis nullius more pateretur inducias.
Contigit autem, nescio,
vel calliditate,
vel rei veritate,
ducem Wladislauum Bolezlauo puero mandavisse:
se, Bohemos in Poloniam introituros,
predam facturos,
ab exploratoribus audivisse;
quapropter opporteret eum, ad locum citissime determinatum properare,
et comites sui ducatus, quos Zetheus prefecerat,
et in quibus puer nullatenus confidebat,
in auxilium advocare.
Puer vero, paternis iussionibus credulus,
ad locum constitutum cum suis collateralibus (1)
festinans,
nichilque dubitans,
incedebat,
sed cum eo tamen comes Woyslauus,
cui erat commissus,
non pergebat.
Unde unus ad alium invicem susurrantes,
utpote signum tradicionis suspicantes:

(1) *collateribus* est in codice Gnesn. absque ullo brevioris scripturae signo.

http://rcin.org.pl

Non es, inquientes, sine causa periculi, quod pater tuus te precepit ad locum solitudinis ambulare,

et insidiantes vite tue Zethei familiares et amicos illuc in auxilium advocare.

Scimus enim et certi sumus, quia Zetheus totam tuam progeniem,

te maxime, nititur, ut heredem
regni, modis omnibus abolere,

solusque totam sub manu sua captam Poloniam retinere,

et insuper etiam Woyslauus,
comes, cui commissi sumus,
qui propinquus est Zetheo,
nobiscum procul dubio,
advenisset,

ni machinamentum aliquod nobis fieri cognovisset.

Unde necesse est, citissime nos consilium aliquod invenire,

quo possimus istud periculum, nobis imminens, preterire.

His dictis puer Boleslauus vehementissime metuebat,

totusque sudore manantibus affluebat.
Accepto itaque convenienti satis consilio,
secundum ingenium puerile,
velociter (2) ad Zbigneuum,
ut ad se cum suis quantocicius in auxilium

(2) *velocitg* = velocitus, habet cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

properaret, cum signo constituto transmiserunt,

ipsique statim ad urbem Wratislaviensem (3), ne preoccuparetur ab insidiatoribus, emuli redierunt.

Regressus igitur puer Boleslauus, inprimis maiores et seniores civitatis (4),

deinde totum populum, in concionem advocavit,

eisque, quas a Zetheio paciebatur insidias, exordiens sicut puer cum lacrimis, ennaravit.

Jllis e contra pre pyetate pueri lacrimantibus,

et iram indignacionis in Zetheum absentem verbis (5) ignominiosis iactantibus,

Zbigneuus cum paucis, non cum collecta multitudine, properando (6) adveniens, oracionem fratris, ut litteratus et maior etate, rethorice coloravit,

at populum tumultuantem, (7) ad fidelitatem fratris, et contrarietatem Zethei luculentam, racione sequenti vehementer animavit:

(3) Verba infra de Vratislaviensibus dicta scriptor, errore lapsus, hoc loco in cod. Gnesn. posuit, sed dein linea per transuersum ducta delevit: *dolore cordis intrinsecus tacta, paulisper comovetur, erumpensque statim.*

(4) *civitates*, habet cod. Gnesn.

(5) *vrbem*, male est in cod. Gnesn.

(6) *properantes* legitur in cod. Gnesn.

(7) *tum̄lantem*, sed et in contextu et in margine cod. Gnesn. correctum in: *tumultuantem.*

http://rcin.org.pl

Ni vestre fidei, cives! stabilitas inviolabilis nostris antecessoribus, nobisque, licet parvulis, nota fuisset

et experta, nequaquam puerilis etatis imbecillitas, tantis calamitatibus attentata,

totque faccionibus inimicorum agitata,

totam refugii spem in uobis et consilii posuisset.

Sed notum constat exteris
nacionibus et propinquis,
vos multa perpessos pro insidiis
vite vestre machinantibus ab hys,
qui successionem nostri generis nituntur penitus abolere,

dominorumque naturalium hereditatem ordine prepostero distorquere.

Quapropter quia senio iam confectus genitor noster et infirmitate sibi, nobisque, vel patrie, minus prevalet previdere,

necessarium est, nos in nostro freti presidio gaudiis ambiciosorum vel maleficijs interire,

vel in exilium fugientes fines Polonie transilire,

unde vestrum dignemini nobis animum aperire,

si manere liceat, vel de patria nos exire.

Ad hec multitudo tota Wratislaviensium, dolore cordis intrinsecus tacta, paulisper comovetur,

erumpensque statim in vocem, intencionem mente conceptam unanimiter cum affectu pyetatis aperuit.

http://rcin.org.pl

Nos quidem, inquientes, fidem servare volumus
domino nostro naturali, patri vestro, dum vixit, nec eius soboli deficiemus,
quamdiu nobis status vitalis affuerit.
Igitur de nobis nullam diffidenciam habetote,
sed, exercitu congregato,
ad curiam patris armati properate,
ibique, salva reverencia paterna, vestram iniuriam vindicate.
Que dum adhuc dicebantur,
et iureiurando a civibus firmabantur,
Woyslauus comes, qui puerum Bolezlauum nutriebat,
de servicio suo veniebat,
et, que fiebant, ignorabat.
Qui suspectus prodicionis ob Zethei consanguinitatem est habitus,
et civitatem introire, rebusque pueri providere, prohibitus.
Illo autem satisfaccionem proferente,
se, si quid controversie contigerit, nescivisse,
satisfacere volentem,
eosque subsequentem,
nequaquam pueri tunc tempus receperunt,
sed obviam patri, collecta multitudine, processerunt.
Igitur dux Wladislauus, eiusque filii in loco, qui dicitur Zarnowyecz, (8) seiunctis filijs a patre cum exercitibus, consederunt,

(8) Forsan *Czarnowijecz*, quia prima litera non satis certa, utrum Z, an Cz sit. *Sarnowe*, *Samene* legitur in anon. Sommersb. I. 26. et: *Zusätze zur Hist. u Geneal v. Schlesien. I. Stück* p. 12.

http://rcin.org.pl

ibique diucius inter se legacionibus altercantes, vix tantundem, consilijs procerum, minisque iuvenum, Zetheum dimittere senem pueri coegerunt.

Aiunt eciam, patrem ibi filijs iurasse,

nunquam se deinceps eum ad honorem pristinum revocare.

Ad castrum itaque sui nominis Zetheo fugiente,

ad patrem fratres,

humiliter, inermes,

et pacifici, perrexerunt,

eique, non ut domini,

sed ut milites, vel servi,

suum obsequium pronis mentibus et cervicibus obtulerunt.

Sicque pater et filij,

cunctique proceres, conjuncti,

Zetheum fugientem ad castellum, quod fecerat, cum toto exercitu sunt secuti, quem dum persequi et extra terram expellere conarentur, ipse dux noctu, cum lectulo suo requiescere putaretur, nemine suorum conscio, cum tribus exceptis familiaribus, exercitum latenter exiens (9), ad Zetheum, ex altera parte Wysle fluminis, cum navicula transmeavit. (10) Unde cuncti proceres indignati, asserebant, quia, deserere filios totque principes cum exercitu, (11) non est sapientis, sed consilium delirantis, statimque facto (12) decreverunt:

(9) forsan *exquirens*, quia vox correcta et literae confusae in cod. Gnesn.

(10) *transfretavit*, anon. Sommersb. I. p. 26.

(11) *propter unum*, addit anon. Sommersb. I. p. 26.

(12) *consilio*, anon. Sommersb. ibid.

http://rcin.org.pl

quatenus Bolezlauus Sandomir (13) et Cracow, sedes regni principales et proximas, occuparet,

easque, fidelitate recepta, in dominium possideret.

Zbigneuus autem contra Mazoviam properaret,

et urbem Plocensem illamque plagam contiguam obtineret.

Bolezlauus quidem sedes predictas occupavit et tenuit,

Sbigneuus vero, preventus a patre, suum ceptum explicare non potuit.

Sed quid tam diu finalem causam Zethei faccionis prolongamus?

Si labores singulos in dissensiones Zethei describamus,

gesta Zethei proculdubio Jugurtino (14) volumini coequamus.

Et ne tamen insulsi vel desidiosi videamur,

ceptum iter adhuc aliquantulum gradiamur.

Jtem alio tempore pueri principes et exercitum asciverunt,

et contra Plocensem urbem ex altera parte Wysle fluminis castra milicie posuerunt,

ubi eciam Martinus, archiepiscopus, senex fidelis, magno labore, magnaque cautela, iram et discordiam inter patrem et filios mitigavit.

Jbi quoque dux Wladislauus, ut aiunt, iureiurando, se Zetheum retenturum nunquam amplius, confirmavit.

---

(13) *Sndomir*, est in cod. Gnesn.

(14) *Igurtino*, habet cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Tunc Boleslauus patri sedes occupatas restituit,
nec pater cum filiis paccionem factam obtinuit. (15)
Ad extremum igitur senem pueri coegerunt,
quia, Zetheum de Polonia propellando, suum desiderium impleverunt.
Qualiter autem hoc contigerit,
vel qualiter de exilio redierit,
prolixum et tediosum est edocere,
sed hoc dixisse sufficiat,
quia postea non sibi licuit,
ullum dominium exercere.

CAPITULUM XVII.

De propugnaculo Pomoranorum sua sponte destructo.

Hactenus de Zetheo et regina dixisse sufficiat,
nunc vero penna temperata de puero Marti (1) dedito cepto studium intencionis perficiat.
Hys (2) itaque (3) peractis, ecce nunciatum est eis: Pomoranos exivisse,

(15) *nec dum tamen pater pactum servavit*, anon. Sommersb. I. 26.
(1) *Marci*, est in cod. Gnesn.
(2) Hoc loco pergunt cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 84.
(3) *ita* pro *itaque*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

eosque contra Zntok (4), regni custodiam et clauem, (5) castrum (6) oppositum erexisse.

Erat enim (7) castrum novum ita altum et ita proximum Christianis,

quod ea, que dicebantur et fiebant in Zntok (8), et audiri et videri bene poterant a paganis.

Igitur Zbigneuus, quia etate maior erat, (9)

partemque regni Pomoranis patrique proximam retinebat,

cum exercitu patris atque suo (10)

contra Pomoranos, sine fratre parvulo,

properavit,

minusque tum laudis maior,

cum (11) multis antecedens,

quam frater iunior,

cum (12) paucis subsequens,

acquisivit.

---

(4) *Zantok*, ed. Ged. p. 84. *Zittek, Syttok*, anon. Sommersb. I. 26. *Zusätze* etc. p. 13.

(5) *clauum*, habet cod. Gnesn. *et clavem*, in cod. Heilsb. et in ed. Ged. p. 84. desunt. *clavis Polonie*, anon. Sommersb. I. p. 26.

(6) *propugnaculum* pro *castrum*, ed. Ged. p. 84. utrumque deest in cod. Heilsb.

(7) *Erat enim — — videri bene poterant a paganis*, desunt in ed. Ged. p. 84. et in cod. Heilsb.

(8) Vox hec et *Zutok* legi potest in utroque loco codicis Gnesn.

(9) *Zbigneus autem quoniam major natu erat*, ed. Ged. p. 84. et cod. Heilsb.

(10) *suo patrisque*, loco: *patris atque suo*, ed. Ged. p. 84 et cod. Heilsb.

(11) *major, cum*, desunt et locum corruptum efficiunt in ed. Ged. p. 84. adsunt in utroque codice.

(12) $\bar{e}$ = *est*, legitur quidem in Gnesn. codice, male pro *cum*.

http://rcin.org.pl

Nam maior illuc properans, (13) neque (14) castrum illud (15) novum viriliter assultavit,

nec hostes cum tanta multitudine in prelium irritavit,

sed timens inde (16) magis, quam timendus, ut aiunt, (17) ad propria remeavit.

At puer Bolezlauus, Martis filius, fratre maiore discedente, ut advenit,

quamvis nondum cinctus gladio, plus precipiens quam frater maior, tenens gladium, ibi fecit,

nam et pontem (18) invadendo castellanis abstulit,

et in portam prosequendo suos enses intulit.

Hoc inicium milicie Bolezlaui, magnum future probitatis indicium extitit Christianis,

magnumque signum sue destruccionis, (19)

magnum terrorem intulit ipsis etiam Pomoranis.

Zbigneo autem cum multitudine venienti, (20)

nichilque virile facienti,

---

(13) *proparens*, habet non recte cod. Gnesn.

(14) *videlicet* pro *neque*, ed. Ged. p. 85. *vz*, vel *nz*, cod. Heilsb.

(15) *id* pro *illud*, ed. Ged. ibid.

(16) *ille* pro *inde*, ed. Ged. p. 85. *illic*, cod. Heilsb.

(17) *ut ajunt*, desunt in ed. Ged. p. 85. et in cod. Heilsb.

(18) *p̄o o̅e invadendo castellanis abstulit*, cod. Heilsb. *pontem illorum invasit et abstulit*, anon. Sommersb. I. 26. *potentiam omnem* pro *pontem*, ed. Ged. p. 85.

(19) *magnum future probitatis — — sue destruccionis*, desunt in ed. Ged. p. 85. *Hoc inicium milicie Boleslai magnum terrorem intulit*, cod. Heilsb.

(20) *veniente*, non bene habet cod. uterque, ac simul infra *faciente*.

http://rcin.org.pl

insultantes ignaviam ascribebant,

Bolezlauum vero cum paucis postea venientem,

et audaciter suos hostes usque ad portas (21) invadentem,

lupi filium appellabant.

Zbigneus, inquientes, debet, ut clericus, ecclesiam gubernare,

istum vero decet puerulum, ut apparet, (22) strenuis actibus militare.

Sicque iunior frater, cum paucis paulatim incedens, plus honoris et laudis acquisivit.

quam maior, qui cum magno impetu et cum magna multitudine properavit,

Videntes ergo (23) pagani puerum, qui (24) paucos habebat, revertentem,

metuentes (25) interritum, si cum multis redierit, (26) imminentem,

castellum suum, quod fecerant, ipsimet destruxerunt,

cassoque labore, securitatis latibula pecierunt.

---

(21) *portam*, ed. Ged. p. 85. et cod. Heilsb.
(22) *ut apparet*, desunt in ed. Ged. p. 85.
(23) *igitur* pro *ergo*, ed. Ged. p. 85. et cod. Heilsb.
(24) *quia*, codices. *qui*, ed. Ged. p. 85.
(25) *intuentes* pro *metuentes*, ed. Ged. p. 85.
(26) *imo* addit ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XVIII.

De balteo militari Bolezlauo a patre, devictis Pomoranis, oblato. (1)

Videns igitur Wladilsaus, quia puer etate florebat,
gestisque militaribus prepollebat,
cunctisque regni sapientibus complacebat,
eum (2) accingi gladio in assumpcione sancte Marie disposuit,
apparatumque magnificum in civitate Plocensi preparavit.
Jam enim etate et infirmitate continua senescebat,
et in illo puero successionis fiduciam expectabat.
Dum se cuncti prepararent,
et ad festum properarent,
nunciatum est: Pomoranos Zantok (3) castrum obsedisse;
nec audebat (4) quisquam eis de principibus contraire.

(1) Inscriptio deest et in ed. Ged. p. 85. et in codicibus.
(2) *eumque*, cod. Gnesn. *que*, deest in ed. Ged. p. 85. et in cod. Heilsb.
(3) *Zantok* cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 85. *Zittek, Syttok*, anon. Sommersbergii I. 26. *Zusätze* etc. p. 13. *Zutok*, cod. Gnesn.
(4) *audiebat*, cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Igitur, invito patre, multisque prohibentibus, puer Martis, illuc irruens, de Pomoranis triumphavit,

sicque rediens armiger, victor, a patre gladio precinctus, cum ingenti tripudio solempnitatem celebravit. (5)

Neque solus illa die balteo militari cinctus fuit,

sed, ob amorem et honorem (6) filij, multis pater coetaneis arma dedit.

CAPITULUM XIX.

De Plaucis devictis. (1)

Bolezlauo itaque (2) milite noviter constituto, in Plaucis (3) deus revelavit, quanta per eum operari debeat in futuro.

(5) Naruszewicz (hist: narodu Polsk. T. III. p. 79.) Cosmae Pragensis narratione seductus, asserit: Bretislauum, ducem Bohemiae, a. 1099. contulisse balteum militarem; quod recte notavit Kownacki (p. 226. 229.) existimans: narrationem hanc intelligendam esse de Zbignevo, qui Bohemorum fallacem amicitiam captitabat.

(6) *et honorem*, desunt in ed. Ged. p. 85.

(1) Inscriptio deest et in ed. Ged. p. 85. et in codicibus.

(2) *igitur* pro *itaque*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(3) Quorum nomen occurrit jam supra in libri I. capite 7. Conf. de ejus significatione *Naruszewicz Hist.* N. P. II. p. 393. seqq. — Ed. Ged. p. 85. habet: *in Ruthenis.* Anon. Sommersb. l. 26. appellat eos *Plawos*, additque: *qui Almanice Blawen dicuntur.* Zusätze zur Hist: u Geneal. v. Schlesien I. 13. corri-

http://rcin.org.pl

Contigit namque noviter, eo militari balteo precincto, Plaucos (4) in unum (5) innumerabiles convenisse,

seseque (6), more solito, per Poloniam discursuros in partes seiunctas (7) tres vel quatuor ab invicem remocius Wyslam fluvium, nocturno tempore, natavisse. (8)

Qui sequentis diei (9) diluculo cursu rapido (10) discurrentes,

et predam innumerabilem capientes,

onerati spolijs, circa vesperam ultra retro fluvium redierunt,

ibique securi ac (11) fatigati nocturne quietis (12) tuguria posuerunt,

sed non ita securi quieverunt,

sicut antiqitus consueverunt. (13)

Namque (14) deus, Christianorum conservator,

sueque vigilie vindicator,

---

gunt anonymum scribendo: *Plauti, Plauci.* Cod. Heilsb. *Plaucis.*

(4) *Ruthenos* pro *Plaucos*, ed. Ged. p. 85.

(5) *convenire*, vocem hoc loco in cod. Gnesn. positam, punctis vero suppositis notatam, omitto.

(6) *seque*, ed. Ged. p. 85.

(7) *sejunctos*, ed. Ged. ibid. *in parte sejunctos*, cod. Heilsb.

(8) *transnatavisse*, ed. Ged. p. 85.

(9) *sequentis* habet cod. Gnesn. *sequenties diei diluculo*, ed. Ged. p. 85. et cod. Heilsb.

(10) *velocius*, ed. Ged. p. 85. addit, et cod. Heilsb.

(11) *atque* pro *ac*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(12) *quieti*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(13) *consueverunt*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *sueverunt*, cod. Gnesn.

(14) *que* deest in ed. Ged. p. 85. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

paucorum (15) fidelium audaciam in multorum perniciem paganorum suscitavit,

quibus irruentibus, dominice diei in gloriam (16), sue potencie brachio triumphavit.

Ex eo tempore Plauci (17) adeo sunt stupefacti,

quod, regnante Boleslauo, videre Poloniam non sunt ausi.

CAPITULUM XX.

Prophecia de Bolezlauo. (1)

Contigit quoque quoddam a quodam fieri verbum (2) in militaris consilio cinccionis,

quod dignum est inseri nostre tytulo mencionis.

Domine dux! inquit ille quidam, Wladislaue! piius deus hodie regnum Polonie visitavit,

tuamque senectutem et infirmitatem, totamque patriam, per hunc hodie factum militem exaltavit.

---

(15) *paucorum*, deest in ed. Ged. ibid. negligentia editoris.

(16) *in gloria diei dominice*, cod. Heilsb.

(17) *Plauci*, hoc loco in cod. Gnesn. nomen per *u* et *c* expresse scriptum occurrit. *Rutheni*, ed. Ged. p. 85. *plauci*, cod. Heilsb.

(1) Totum hocce caput deest in ed. Ged. p. 85. 86. et in cod. Heilsb.

(2) $\overline{vm}$ in codice conspicitur, lineolis nempe duabus superpositis, quarum superior est brevior, quod

http://rcin.org.pl

Beata mater, que talem puerum educavit.

Usque modo Polonia fuit ab hostibus conculcata,

sed per hunc puerulum erit, ut antiquitus, restaurata.

Ad hec verba omnes, qui aderant, stupuerunt,

et, ut sileret, pro reverencia ducis innuerunt.

Nos tamen non credimus hoc verbum de vanitate processisse,

sed prophecie spiritu advenisse,

quia iam in factis eius puerilibus comprobatur,

quod Polonia quandoque per eum in statu pristino restauratur.

CAPITULUM XXI.

De morte Wladislaui. (1)

Sed ad presens se puer (2) aliquantulum a labore reficiat,

dum ducem Wladislauum, pyum et mansuetum virum, in pace nostra penna sepeliat.

Dux

forsan *proverbium* legi potest, quia tali modo appellat auctor dicta memoratu digniora.

(1) Inscriptio deest in editione Ged. p. 86. et in codicibus.

(2) *Boleslaus*, addit ed. Ged. p. 86. et cod. Heilsb. *aliquantulum* vero deest in hoc cod. et in ed. Ged.

http://rcin.org.pl

Dux igitur Wladislauus (3) pristine sedicionis reminiscens, quum Zetheum de Polonia profugavit,

quamvis etate debilis et infirmitate fuerit,

nullum tamen in curia sua palatinum vel palatini vicarium prefecit,

omnia namque per se ipsum vel suo consilio sagaciter ordinabat,

vel cuilibet comiti, cuius provinciam visitabat,

curie responsionem et solicitudinem comendabat.

Et sic per se patriam sine palatino comite rexit,

donec spiritus ejus, corporea mole solutus, ad locum debite mansionis perrexit. (4)

Mortuus (5) est ergo dux Wladislauus, etate plenus,

et (6) infirmitate longa detentus,

cuius exequias quinque diebus,

in urbe Plocensi, cum capellanis celebrando, Martinus archiepiscopus

expectando filios, sepelire non est ausus.

Advenientes autem ambo fratres, adhuc insepulto patre, magnum inter se pene (7) divisio-

12

(3) *corporea mole solutus ad locum debite mansionis perrexit, eternaliter permansurus.* Ed. Ged. p. 86. et cod. Heilsb. tali mod. contrahunt narrationem, omittentes intermedia.

(4) anno 1102. Sommersb. I. 27 in margine.

(5) *autem*, pro: *est* — — *Wladislauus*, ed. Ged. p. 86. et cod. Heilsb.

(6) *in*, addit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(7) *de dividendo thesauro et regno*, ed. Ged. p. 86. *de divisione thezauro* (sic!) *et regni*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

nem thezaurorum et regni dissidium (8) habuerunt,

sed divina gracia inspirante,

et (9) archiepiscopo, sene (10) fideli, mediante,

preceptum viventis, in presencia mortui, tenuerunt.

Wladislao igitur duce in ecclesia Plocensi honorifice satis ac magnifice tumulato,

thezaurorumque patris (11) inter filios, regnoque Polonie vivente patre, facta divisione, designato (12)

sortem uterque sue divisionis habuit.

Boleslauus tamen legitimus duas sedes regni principales, partemque terre populosiorem, obtinuit.

Puer autem Boleslauus, adepta parte patrimonii, militibus et consilio confortatus, cepit animi virtutem viresque corporis exercere,

cepitque fama simul et etate iuvenis bone indolis adolescere. (13)

---

(8) *discidium*, codices.
(9) *in* habet pro *et* cod. Gnesn.
(10) *et*, addit ed. Ged. p. 86. et cod. Heilsb.
(11) *patris ac regni Polonie vivente* etc. ed. Ged. p. 86. *thezaurorumque patris ac regno polonie vivente*, cod. Heilsb.
(12) *designata*, ed. Ged. p. 86. *designato*, codices.
(13) *adolere*, habent codices et ed. Ged. p. 86.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXII.

Bolezlauus expugnavit Albam urbem regiam. (1)

Novus igitur (2) nova bella miles incipit renovare,

hostesque suos cogitat acrius ac (3) frequencius provocare.

Convocata itaque multitudine bellatorum, cum paucis electis penetravit meditullium patrie paganorum.

Cumque ad urbem regiam et egregiam, Albam nomine, pervenisset,

neque partem terciam sui exercitus habuisset,

equo descendens, nullum instrumentum expugnandi vel machinamentum adaptavit,

sed violenter ac mirabiliter urbem opulentam et populosam, die, qua venerat, expugnavit.

Dicunt etiam quidam, eum primum omnium invasisse,

eumque primum propugnacula conscendisse.

(1) Inscriptio haec legitur in ed. Ged. p. 86. et in cod. Heilsb. deest vero in cod. Gnesn.

(2) *miles nova bella*, cod. Heilsb. et ed. Ged. transponunt verba.

(3) *et* pro *ac*, ed. Ged. p. 86. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Ex quo facto terribilis per nimium extitit Pomoranis,
suisque laudabilis, et amabilis omnibus Christianis.
De civitate autem predam innumerabilem asportavit, (4)
municionem vero planiciei coequavit. (5)

CAPITULUM XXIII.

De nuptiis Bolezlaui. (1)

Sed pretermissis pluribus suo loco retractandis (2),
de nupciis referamus, ejusque donis, (3)
Bolezlaui magni regis muneribus comparandis.
Qualiter autem hoc a Paschali papa II. concessum fuerit (4),
quod nupcias initas (5) de consanguinitate (6) licuerit?

(4) *predam mirabilem apportavit*, ed. Ged. p. 86. et cod. Heilsb.
(5) Ed. Ged. p. 86. et cod. Heilsb. ponunt hoc loco: *etc.* quamvis nil desit.
(1) Desunt argumenti verba in ed. Ged. et in codicibus, qui novum caput spatio vacuo indicant.
(2) *recitandis*, ed. Ged. p. 86. *retractandis*, codices.
(3) *dictis* pro *donis*, non bene ed. Ged. p. 86. et cod. Heilsb. offerunt.
(4) *fuit*, ed. Ged. ibid.
(5) *istas*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(6) *inire*, ed. Ged. ibid. quod deest in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Balduinus, (7) Cracoviensis episcopus,
ab eodem papa Rome consecratus,
fidei ruditatem et patrie necessitatem intimavit, (8)
sicque Romane sedis auctoritas, ut fertur, hoc conjugium (9) misericorditer, non canonice, nec usualiter, sed singulariter, collaudavit.
Nos autem de (10) pacto tractare vel iusticia, materiam non habemus,
sed res gestas regum ducumque Polonie sermone tenui recitamus. (11)
Octo siquidem diebus ante nupcias,
totidemque post (12) nupciarum octavas,
belliger (13) Boleslauus dare munera non quievit, alijs
scilicet renones et pelles pallijs coopertas, et aurifrisijs
delimbatas (14), principibus pallia,
vasa aurea et argentea,
alijs civitates et castella,
aliis villas et (15) predia. (16)

(7) *Baldimius*, cod. Gnesn. *Balduinus*, ed. Ged. p. 86. *Balduig*, cod. Heilsb.
(8) *intimat*, ed. Ged. p. 86.
(9) *convivium*, cod. Gnesn. *conjugium* ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(10) *puncto illo* pro *pacto*, ed. Ged. ibid. *de pcto tractare*, cod. Heilsb.
(11) *recitemus*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. Annum nuptiarum celebratarum 1104. designat anon. Sommersb. I. p. 27.
(12) *nupcias*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(13) *belligerator* pro *belliger*, ed. Ged. p. 86.
(14) *delibutas*, ed. Ged. p. 86. et cod. Heilsb.
(15) *et*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.
(16) Iterum ed. Ged. p. 86. posuit hoc loco: *etc.* quod deest tamen in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXIV.

Insidie Zbignei, incitantis hostes. (1)

Interea Zbigneuus, frater eius, qui vocatus ad nupcias fratris, venire refutavit, (2)

cum Pomoranis et Bohemis (3) amicicias federavit,

et dum nupcie fierent, ut ferunt, intrare Poloniam Bohemos animavit.

Qui Bohemi, per provinciam Wratislaviensem discurrentes,

et predas captivosque colligentes,

et incendia facientes,

pluribus annis dampnum illi regioni nocuum (4) intulerunt.

Quo audito, impiger Bolezlauus, licet magis (5) de violata fraternitate,

quam de regni populacione,

doluerit, misit tamen legacionem fratri; cur hoc sibi fecerit?

vel in quibus eum offenderit?

---

(1) Inscriptio deest et in ed. Ged. p. 86. et in codicibus.

(2) *recusavit*, ed. Ged. p. 86. et 87.

(3) *Bohe*, solum duas syllabas habet codex Gnesn. exscriptas.

(4) *nocivum*; ed. Ged. p. 87.

(5) *non magis*, vel *minus*, proposuit legere Kownacki p. 279. not. 10. clara verba ed. Ged. et auctoritas codicum pugnant contra hanc conjecturam.

http://rcin.org.pl

Sbigneuus contra, se tale quid nescivisse, respondebat,

seque innoxium talis flagicij quibusdam circumlocucionibus asserebat.

Cumque Boleslauus assidue cum hostibus, et Bohemis, et Pomoranis, dimicaret,

sueque divisionis porcionem ab invasoribus viriliter expugnaret (6),

Sbigneuus fratri suo laboranti, nec invitatus auxilium impendebat,

insuper etiam cum hostibus fratris occulte fedus et amiciciam coniungebat,

et pecuniam illis pro militibus in (7) subsidium transmittebat.

Et cum frequenter eum belliger (8) Boleslauus et legatis et colloquiis conveniret,

fraterna karitate commovendo, ne familiaritatem et amiciciam cum hostibus paterne hereditatis palam vel clanculo iniret,

unde magnum regno Polonie discidium eveniret,

ille e contra (9) sapienter et pacifice respondebat,

et sic fratris iram (10) et principum invidiam temperabat.

Sed de hoc plenius (11) in alio loco subsequenter disseramus, (ludamus.

et interim gestis Boleslaui militaribus al-

(6) *propugnaret*, ed. Ged. p. 87.
(7) *et* pro *in*, ed. Ged. p. 87. et cod. Heilsb.
(8) *belligerator* pro *belliger*, ed. Ged. ibid.
(9) *eque* pro *e contra*, ed. Ged. p. 87.
(10) *iram*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.
(11) *plenius*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *plenarius*, cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXV.

Poloni vastaverunt Moraviam. (1)

Igitur Boleslauus belligerator, (2)
injurie Bohemorum vindicator,
tres acies militum in Moraviam transmisit.
Qui in ipsa ebdomada (3) dominice resurreccionis euntes,
et predam et incendia facientes,
dignam (4) pene suis factis recompensacionem invenerunt,
quia tante solempnitatis reverenciam infregerunt. (5)
Nam Swatopole (6), dux Moraviensis (7), cum acri militum acie persecutus est eos, cum redirent,

(1) Jnscriptio editionis Ged. p. 87. et codicis Heilsb.
(2) *belligerator*, ed. Ged. ibid. *belliger Boleslaus*, legunt codices, quae propter rhythmum paululum mutavi.
(3) *hebdomade*, ed. Ged. p. 87. *ebdomada dominica r.* cod. Heilsb.
(4) *sue pene factam recanpensacionem*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(5) *quia — infregerunt*, desunt in ed. Ged. p. 87. et in cod. Heilsb.
(6) *Swacopole* hoc loco quidem per lit. c. sed infra per lit. t. est scriptum in cod. Gnesn. *Swanthopol*, ed. Ged. p. 87. et cod. Heilsb.
(7) *Moravie*, cod. Heilsb. et ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

et abstullisset (8) eis predam, ut aiunt, ni cum ea pedites anteirent. (9)

Videntes autem Poloni, Moravienses (10) ad bellum preparatos fiducialiter propinquare,

non cogitant in fuga, sed in armis, suam fiduciam collocare.

Igitur utrinque bellum acerrimum inchoatur,

quod non sine dampno gravissimo partibus singulis terminatur.

In primo namque conflictu Suatopole, (11) dux Moraviensis, (12)

sicut aper molosis (13) indagatus, scilicet undique curvo dente percuciens,

alios perimit, alijs viscera fundit,

nec prius gradum figit,

vel facere dampnum desistit,

donec venator anhelus, cum alia turba canum, suis laborantibus occurrit.

Sic primum Suatopole (14) Polonos,

onustos preda, circumflexo tramite precidens, (15)

pene triumphaliter oppressisset,

---

(8) *abstulisse*, infinitivum perf. habent codices, *abstulissent*, ed. Ged. p. 87.
(9) *abiissent*, ed. Ged. ibid.
(10) *Moravos*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(11) *Swanthopol*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 87. *Swantopolcko*, anon. Sommersb. I. 27.
(12) *Moravie*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(13) *molossis*, ed. Ged. ibid.
(14) *Swanthopol*, ed. Ged. p. 87. et cod. Heilsb.
(15) *precidens*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *precedens*, cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

ni militaris acies, totis (16) viribus glomerata, iram instantis pariter et audaciam repressisset.

Tunc quidem tinnitus (17) de galeis percussis per concava (18) moncium condensaque silvarum resonant,

(19) ignis scintille de ferro per aera micant, haste clipeis collise crepant,

pectora scinduntur, manus, et cervices, corporaque truncata per campum palpitant.

Jbi campus Marcialis, ibi fortuna ludit.

Ad extremum adeo sunt utrinque fatigati, et in dampno peremptorum militum coequati,

quod nec Moravienses (20) letam victoriam habuerunt,

nec Poloni notam infamie incurrerunt. (21)

Jbi quoque Zelislauus comes (22) manum, qua clipeo corpus tegebat, (23) amisit,

quam amissam statim viriliter, abscissorem interimens, vindicavit.

Dux vero Bolezlauus ob honorem sibi pro carnea manum (24) auream restauravit.

---

(16) *totque* pro *totis*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(17) *tignitus*, cod. Gnesn.

(18) *concova*, cod. Gnesn. *cava*, ed. Ged. p. 87. et cod. Heilsb.

(19) *velut*, hoc loco habet cod. Gnesn. quod deest recte in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

(20) *Moravi*, ed. Ged. p. 87. et cod. Heilsb.

(21) *meruerunt*, ed. Ged. p. 87.

(22) *comes*, deest ibid. et in cod. Heilsb.

(23) *manum, clipeo pectus tegens*, ed. Ged. ibid. *manum 9tra* (contra) *clipeo corp9* (corpus) *tegebat*, cod Heilsb.

(24) *manu*, ed. Ged. p. 88.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXVI.

Ipse Boleslauus Moraviam deuastat. (1)

Item ipse Boleslauus (2) Morauiam intravit,
sed cunctis rusticis, audita fama, in (3) municionibus cum preda receptis,
licet Bohemis et Moraviensibus (4) congregatis,
incendio maiori quam alio dampno ibi facto, tamen (5) inpugnatus, remeavit,
in quo facto, cum (6) difficultate rei perpensa, non parvam gloriam acquisivit.
Nam de parte Polonie Moravia,
arduitate moncium ac densitate silvarum adeo est obstrusa, (7)
quod et pacificis viatoribus ac (8) peditibus (9) expeditis periculosa
videntur, ac per nimium onerosa.

(1) Jnscriptio deest in ed. Ged. et in codicibus.
(2) *Boleslaus*, addidi ex ed. Ged. p. 88. et cod. Heilsb.
(3) *in*, ex ed. Ged. p. 88. et cod. Heilsb. recepi, quae praepositio deest in cod. Gnesn.
(4) *Morauis*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(5) *tantum* pro *tamen*, ed. Ged. ibid. male.
(6) *cum*, deest in ed. Ged. p. 88. *in* pro *cum*, cod. Heilsb.
(7) *obstructa*, ed. Ged. p. 88.
(8) *et* pro *ac*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(9) *pedibus*, codex Gnesn.

http://rcin.org.pl

Ipsi etiam Moravienses, (10)
adventum eius longe ante prescientes,
non sunt ausi cum eo prelio campestri (11) comittere,
nec in itineris difficultate, saltim (12) insidijs (13), intranti vel exeunti resistere.

CAPITULUM XXVII.

Legatus pontificis maximi. (1)

Eo itaque de Moravia satis glorianter redeunte,
Romane sedis legatus, Vvalo nomine,
Belnacensis episcopus (2), Poloniam advenit,
qui, cum virtute Bolezlaui, zelo iusticie, tantum canonice districcionis rigorem exercuit,
quod duos episcopos ibi, nullo vel prece vel precio subveniente, deposuit.
Sedis itaque Romane legato
reverenter honorato,

(10) *Moraui*, ed. Ged. p. 88. et cod. Heilsb.
(11) *prelium campestre*, ed. Ged. p. 88. et cod. Heilsb.
(12) *difficultate saltim*, desunt in ed. Ged. p. 88. et in cod. Heilsb.
(13) *saltum*, addit ed. Ged. ibid. *insidiis saltem*, cod. Heilsb.
(1) Omnia, quae sequuntur, usque ad cap. XXXIV. frustra quaeruntur in ed. Ged. p. 88. et in cod. Heilsb.
(2) *Walo*, (*Bellicensis*) *Bellenacensis episcopus*, anon. Sommersb. I. p. 27. *Zusätze zur Hist. u. Geneal. v. Schlesien.* p. 13.

http://rcin.org.pl

concilioque canonice celebrato,
missus apostolica data benediccione Romam redijt,
belliger vero Bolezlauus hostes suos impugnaturus adijt.

CAPITULUM XXVIII.

De expeditione in urbem Colobreg facta.

Igitur in Glogou exercitu convocato, nullum peditem, sed milites tantum electos, equosque precipuos, secum duxit, (1)
nec, eundo per deserta die noctuque, labori vel esuriei continuis quinque diebus sufficienter indulsit.
Sexta die tandem, sextaque feria,
communicati sunt eucharistia,
refecti pariter victu corporeo,
Cholbreg veniunt, ductu sidereo.
Precedenti nocte Bolezlauus officium sancte Marie fieri instituit,
quod postea usu pro devocione retinuit.

(1) *duxit secum*, habet cod. Gnesn. quae transposui, ne nimium immutarem legendo:
Igitur in G. exercitu convocato, peditem nullum, sed milites tantum electos, equosque praecipuos duxit secum,
nec, eundo per deserta die noctuque,
labori vel esuriei sufficienter indulsit continuis diebus quinque.

http://rcin.org.pl

Die sabbato, aurora lucescente,
ad urbem Cholbreg (2) propinquantes,
fluviumque proximum sine ponte,
vel vado, ne prescirentur a paganis, cum periculo transeuntes,
agminibus ordinatis,
aciebusque retro duabus in subsidio collocatis,
ne forte hoc Pomorani prescirent,
eosque incautos adirent,
urbem, opulentam divicijs,
munitamque presidijs,
unanimiter invadere concupiscunt.
Tunc quidam comes ad Boleslauum accessit,
datoque consilio reticendo cum derisione recessit.
At Boleslauus suos breviter adhortatur,
unde quisque satis ad audaciam provocatur.
Ni vestram, inquit, milites! expertam probitatem et audaciam habuissem,
nequaquam retro tantam multitudinem dimisissem,
nec cum paucis usque ad maritima pervenissem.
Nunc vero de nostris auxilium non speramus,
hostes retro, fuga longa, si de fuga cogitamus,
in deo tantum et in armis iam securi confidamus.

(2) *Holberck*, anon. Sommersb. I. p. 27. *Holberg*, Zusätze zur Hist. u. Geneal. v. Schlesien I. Stück p. 13.

http://rcin.org.pl

His dictis, ad urbem pocius volare quam currere videbantur.

Quidam tantum predam, quidam urbem, capere meditantur.

Et si cuncti, sicut quidam, unanimiter invasissent,

illa die proculdubio gloriosam Pomoranorum urbem et precipuam habuissent.

Sic copia diviciarum predaque suburbij militum audaciam excecavit,

sicque fortuna civitatem suam a Polonis liberavit.

Pauci tantum probi milites,

gloriam divicijs preferentes,

emissis lanceis, pontem extractis gladijs transierunt,

portamque civitatis intraverunt,

sed, a civium multitudine coarctati,

vix tandem retrocedere sunt coacti.

Jpse dux etiam Pomoranus, illis advenientibus, intus erat,

timensque, totum exercitum advenire, per aliam portam effugerat.

At Boleslauus impiger non in uno loco consistebat,

sed officium suum probi militis ac strenui ducis exercebat.

Suis videlicet laborantibus occurrebat,

simulque nocitura vel profutura providebat.

Jnterea alli aliam portam, et alii aliam, invadebant,

alij captivos ligabant,

http://rcin.org.pl

alij marinas divicias colligebant,
alii pueros et puellas educebant.
Igitur Boleslauus milites suos, quamvis tota die fatigatos assultando,
vix tandem eos circa vesperem revocare potuit, commorando.
Militibus itaque revocatis, ac suburbio spoliato,
recessit inde Boleslauus magni Michaelis consilio
extra muros, omni prius edificio concremato.
Ex quo facto nacio tota,
barbarorum concussa,
vehementer exhorruit,
famaque Boleslaui longe lateque dilatata procrebruit.
Unde etiam in proverbium cantilena componitur,
ubi satis illa probitas at audacia convenienter extolliur,
in hec verba:
Pisces salsos et fetentes apportabant alij,
palpitantes et recentes nunc aportant filij.
Civitates invadebant patres nostri primitus,
hii procellas non verentur neque maris sonitus.
Agitabant patres nostri cervos, (3) apros, capreas,
hii venantur monstra maris et opes equoreas.

CAPI-

(3) Kownacki p. 244. contra auctoritatem codicis Gnesn. ex mero arbitrio legit non *cervos* sed *turos*.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXIX.

De nova in Pomoranos expedicione et colloquio cum Collomano habito.

Labore tanto militibus ex itinere fatigatis,
et iam, aliquantula quiete concessa, recreatis,
ad expedicionem Boleslauus cohortes iterum revocavit,
et Pomoranos ad bellum denuo provocavit.
Huius vero expedicionis Swatobor, eius consanguineus, causam excitavit,
cujus progenies nunquam fidelitatem Polonis dominis observavit.
Erat enim ipse Swantobor in Pomorania carceratus,
et a quibusdam a regno suo traditoribus subplantatus.
Inpiger enim Boleslauus suum cupiens consanguineum liberare,
terram Pomoranorum meditatur totis viribus expugnare.
Sed Pomorani metuentes audaciam Boleslaui, callidum consilium inierunt,
namque sibi consanguineum reddiderunt,
et sic eius iram et impetum intollerandum evaserunt.
Inde rediens Boleslauus, cum rege Vngarorum Colomanno,
super reges universos, suo tempore degentes, litterali sciencia erudito,

http://rcin.org.pl

diem et locum colloquii collocavit,
ad quem rex Vngarorum venire, timens insidias, dubitavit.
Erat enim Almus, Vngarorum dux, tunc temporis de Vngaria profugatus,
et ad ducem Boleslauum hospitalitatis gracia sustentatus.
Postea tamen alijs inter se legacionibus transmandatis,
insimul convenerunt,
et invicem discesserunt,
perpetuis fraternitatibus et amicicijs confirmatis.

CAPITULUM XXX.

De expeditionibus Scarbimiri in Pomoranos.

Interea Scarbimirus,
comes Polonie palatinus,
cum suis comilitonibus Pomoraniam introivit,
ubi non parvam gloriam Polonis acquisivit,
hostibusque suis dampnum et contumeliam dereliquit.
Quod castellorum vel civitatum nominari uoluit expugnator,
quam villarum multarum scilicet vel armentorum depredator,

http://rcin.org.pl

igitur audaci (1) violencia unum castellum expugnavit,

unde quibusdam vero captivatis eductaque preda, totum radicitus concremavit.

CAPITULUM XXXI.

Bitom castrum expugnatum.

Alia vice similiter aliud castrum, nomine Bitom, expugnavit,

unde non minus laudis et utilitatis quam ex alio reportavit,

nam inde predam multam et captivos expulit,

et locum imum (2) ad instar desolacionis retulit.

Sed hoc non ideo de Scarbimiro recitamus, ut eum in aliquo suo domino conferamus, sed ut veritatem hystorie teneamus.

(1) *audacti*, per errorem habet cod. Gnesn.

(2) 1*m*, tale siglum habet codex, quod legi potest: *primum, infimum, internum, intimum*, sed malo *imum*.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXXII.

Foedus cum Sbigneo initum et subsequens traditio.

Belliger (1) itaque Boleslauus,
postquam de colloquio Vngarorum est reversus,
cum Sbigneo, fratre suo, colloquium aliud ordinavit,
ubi simul ambo fratres in hec verba, alter alteri, coniuravit:
quod alter scilicet non sine altero de pace vel bello cum hostibus conveniret,
nec ullum foedus alter sine altero cum aliquibus communiret,
et quod alter alteri super hostes et in omnibus necessarijs subveniret.
His itaque confirmatis, sub eodem iuramento diem et locum, ubi cum exercitibus convenirent, indixerunt,
et sic a colloquio discesserunt.
Impiger autem Boleslauus cum paucis ad locum venire determinatum in die nominato, fidem servaturus, festinavit,
Sbigneuus vero non solum fidem et iusiurandum, non veniendo, violavit,
verum eciam fratris exercitum, ad se declinantem, ab itinere revocavit.

(1) *Benignus*, nempe *Benigo*, erat initio in cod. Gnesn. scriptum, sed ab eadem manu correctum esse videtur.

http://rcin.org.pl

Unde pene regno Polonie tale debuit dampnum et dedecus evenire,
quod nec Zbigneuus potuisset, nec alius postea, subvenire.
Nunc qualiter, deo iuvante, Bolezlauus illud periculum evitaverit,
subsequens statim pagina propalabit.

CAPITULUM XXXIII.

Bolezlauus in Pomoranorum insidias cadit.

Sorte quidam nobilis in confinio terre ecclesiam construxit,
ad cuius consecracionem Bolezlauum, ducem, adhuc satis puerum,
cum suis iuvenibus invitavit.
Expleta est itaque consecracio spiritualis,
et subsequenter adhibita desponsacio maritalis.
Sed utrum deo displicuerit cum divinis nupcijs carnales celebrari,
facile potest per discrimina, que sepius inde contingunt, comprobari;
sepe namque cernimus, ubi simul ecclesie consecracio ac nupcialis desponsacio fiunt, sediciones et homicidia comitari.
Unde constat, quia nec bonum est nec honestum, talem consuetudinem imitari,

http://rcin.org.pl

nec istud dicimus tamen, ut nupcias condempnemus,

sed ut singula suis locis suisque temporibus reservemus.

Cuius rei manifestum indicium in consecracione Rudensis ecclesie deus omnipotens revelavit,

nam et homicidium ibi, et unum
de ministris ad insaniam redactum,
constat evenisse,

et ipsos eciam desponsatos infelici connubio, sicut notum est, convenisse,

nec aniversarium desponsacionis implevisse.

Sed de miraculis sileamus,

nostramque materiam teneamus.

Igitur belliger Bolezlauus,

convivio vel potacioni miliciam vel venacionem anteponens,

senioribus cum tota multitudine in convivio derelictis,

paucis comitantibus silvas venaturus adivit,

sed contrarium (1) venatoribuss obviavit.

Pomorani namque, per Poloniam discurrentes, predas et captivos agebant,

et incendia faciebant.

At Bolezlauus belliger, sicut leo caude stimulis,

iracundia concitatus, nec principes nec exercitum expectavit,

sed, sicut lena raptis catulis sitibunda sanguinis,

(1) ꝯzius = *contrarius*, habet cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

depredatores eorum et cursores more gladii momentaneo dissipavit.

Cumque magis eos magisque persequi, et patrie dampnum ulcisci, niteretur,

incidit inscius in insidas, ubi dampnum irrecuperabile pacietur.

Jpse tamen, licet paucos,

octoginta scilicet inter pueros

et iuvenes habuisset,

illi vero tria milia, non fugam peciuit,

nec tantam multitudinem dubitavit,

sed prima vice,

cum sua parva acie,

tantam hostium congeriem penetravit.

Mira dicturus sum, multisque forsitan incredibilia,

utrum presumpcioni vel audacie, nescio, si fuerint ascribenda.

Cum suos pene perdidisset,

alijs interemptis,

alijs dispersis,

se quinto solummodo remansisset,

hostes confertissimos vice secunda transforavit.

Cumque ternario regnare voluisset, quidam de suis,

viscera equi sui per terram cadere cernens,

exclamavit:

Noli, inquit, domine! noli iterum prelium introire!

Parce tibi! parce patrie!

equum meum ascende! (2)

(2) *ascende meum*, habet codex, quae transposui.

http://rcin.org.pl

Melius est hic me mori, quam te ipsum, Polonie salutem, interire.

Hoc audito vix, equo cadente, consilio militis acquievit,

et sic tandem aliquantulum a campo certaminis declinavit.

Vidensque se multum attenuatum,

nec Scarbimirum (3), milicie principem, residuis interesse, iam recuperare victoriam desperavit.

Erat enim Scarbimirus seorsum alibi, gravi vulnere sauciatus,

et, quod nec siccis oculis est dicendum, dextro lumine mutilatus.

Illi autem, qui in convivio residebant,

audito, quod contigerat, exurgentes, subsidio suis laborantibus properabant.

Advenientes vero Boleslauum

invenerunt, cum paucis XXX. admodum (4),

non tamen de loco certaminis fugientem, sed paulatim hostium fugiencium vestigia subsequentem.

Sed nec hostes subsistendo pugnandi copiam dabant,

nec nostri fatigati eos amplius infestabant.

Erant enim pagani,

de tanta audacia iuvenis stupefacti;

---

(3) *Scarbuserus*, anon. Sommersb. I. p. 28. *Scarbunerum* non recte appellant: *Zusätze zur Hist. u Geneal v. Schlesien. Stück I.* p. 14.

(4) *admodum XXX.* quamvis habet codex, transposui propter rhythmum.

http://rcin.org.pl

quod plus laudabant, eum tam parva manu talia (5) presumpsisse,

sicque mordaciter institisse,

quam se ipsos tanto mortis dispendio tristem victoriam habuisse.

Quis, inquientes, puer iste erit?

Si enim diu vixerit,

et si plures secum habuerit,

quis ei bello resistere poterit?

Sicque pagani de dampno presenti conquerentes,

simulque timore probitatis experte murmurantes,

plus onerati (6) tristicia quam preda, redierunt.

De suis vero Boleslauo, sequenti die, plurimi, solacio iam magis (7) quam auxilio, occurrerunt.

Advenientes autem illuc proceres, dolorem de dampno tante nobilitatis habuerunt,

et Bolezlauum de audacia tante presumpcionis reverenter increpuerunt,

et filius vero Martis Bolezlauus non solum aurem correctoribus non adhibuit,

nec se talia presumpsisse penituit,

sed per eos se iuvandum et de hostibus vindicandum sub testacione fidelitatis ammonuit.

Jbi vero Bolezlauus tot ictus super loricam habuit,

---

(5) *talia*, vox bis repetita in cod. Gnesn.

(6) *honerati*, legitur in cod. Gnesn.

(7) *magis*, addidi, quod incuria scribae cod. Gnesn. omissum.

http://rcin.org.pl

et galeam lanceis gladijsque sustinuit,
quod caro eius, trita multis diebus, testimonium lesionis exhibuit.

Jnde quoque de sua iuventute, nimis aliquantulum tam glorianter peremptа, condoluit,
quia tantam stragem hostium sibi pro lucro proposuit.

Etenim pro uno de peremptis vel sauciatis Boleslaui,
de Pomoranis poterant plures computari mortui. (8)

CAPITULUM XXXIV.

Bolezlauus Bohemos profugavit et Pomoranos subjugavit. (1)

Hoc eventu Bolezlauus cum eodem exercitu de Pomoranis se vindicare disposuit,
iamque cepta via, Bohemos in Poloniam exire, fama precurrens innotuit.

Tum vero Boleslauus in dubio magno pependit,
utrum prius de recenti contumelia se debeat (2) vindicare,
an ab invasoribus suam patriam liberare.

(8) *mortui computari*, cod. sistit, sed transponenda fuisse censui.

(1) Jnscriptionem hanc sistunt cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 88. atque hoc loco demum pergunt.

(2) *continuo*, addit ed. Ged. p. 88. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Tandem, sicut Machabeorum imitator, diviso exercitu, et patrie defensor extitit et iniurie vindicator.

Nam partem exercitus in Pomoraniam delegavit,

que, depredando et (3) comburendo, satis eos turpiter conculcavit.

Ipse vero cum expeditis militibus Bohemis obviam properavit,

eosque de silvis exituros diucius expectavit, sed eos, audita fama Bolezlaui, timor animi revocavit.

CAPITULUM XXXV.

Zbigneuus fovet contra fratrem animum inimicum. (1)

Non solum autem exterorum discordia vel bellum hostium Bolezlauum aggravabat,

verum etiam sedicio civilis, immo fraterna invidia, modis omnibus infestabat.

Eo namque bello superiori aliquantulum inclinato,

plus gaudebat Zbigneuus, quam eo victoria multociens exaltato.

(3) *et*, deest in cod. utroque, adest vero in ed. Ged. p. 88.

(1) Inscriptio haec deest et in ed. Ged. p. 88. et in codicibus.

http://rcin.org.pl

Cuius rei manifestum indicium apparebat,
cum a paganis de victoria pro signo munuscula capiebat,
et legatis magna pro parvis munera rependebat.
Et si Poloniam depredantes, de sorte Boleslaui captivos adducebant,
statim eos venundandos ad barbarorum insulas transportabant,
si quid vero, vel predam, vel homines, ignoranter de parte Zbignevi capiebant,
illud sine precio vel dilacione remittebant.
Unde cuncti Polonie sapientes indignati,
ad odium Sbigneui ex amicicia sunt redacti,
sic ad invicem inquientes,
de tali (2) consilium capientes:
Usque modo patrie nostre discidium et (3) detrimentum vel negligentes vel (4) dissimulantes per nimium sustinuimus pacienter,
nunc (5) vero hostes latentes manifestos et insidias occultas detectas cernimus evidenter.
Scimus enim et certi sumus, quia frequenter Zbigneuus Bolezlauo, nobis presentibus, hec iuravit (6),
unde non semel vel tercio, sed (7) multociens, peieravit. (8)

---

(2) *et tale*, pro *de tali*, ed. Ged. p. 88. *de tali*, ambo codices.
(3) *vel* pro *et*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(4) *et* pro *vel*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(5) *sic* pro *nunc*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(6) *jurat*, ed. Ged. p. 88. *hac juravit*, cod. Heilsb.
(7) *vel* pro *sed*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(8) *pejerat*, ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

Quoniam nec (9) cum amicis fratris amiciciam retinebat,

nec cum inimicis inimiciciam (10) exercebat,

immo per contrarium hostium fratris amicus et amicorum inimicus existebat.

Et (11) vero solum ei sufficiebat, fidem promissam violare,

vel iuratum auxilium non prestare,

verum etiam, si fratrem ire super hostes senciebat,

ex altera parte Poloniam intrare hostes alios incitabat,

et sic eum a (12) proposito revocabat.

Qui satis puerile consilium et nociturum audiebat,

cum propter (13) paucorum odium totam patriam offendebat,

ac (14) paternam hereditatem conculcandam hostibus exponebat.

Et quoniam Zbigneuus, malo consilio subgerente, (15) neque fidem fratri, nec (16) iusiurandum, observabat,

---

(9) *non* pro *nec*, ed. Ged. ibid. *quoniam et sic cum*, cod. Heilsb. absque ulla negatione.
(10) *inimicicias*, cod. Heilsb.
(11) *Jdeo* pro *et*, ed. Ged. p. 88. et cod. Heilsb.
(12) *a*, praepositio deest in cod. Heilsb.
(13) *per* loco *propter*, ed. Ged. p. 88. et cod. Heilsb.
(14) *hanc* pro *ac*, ed. Ged. p. 89. et cod. Heilsb.
(15) *suggerente*, ed. Ged. p. 89. et cod. Heilsb.
(16) *neque*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

nec honorem patrie nec paternam hereditatem defendebat,
nec (17) dampnum vel detrimentum imminens perpendebat,
heu! cecidit inde gravius,
unde noluit exaltari,
et unde non poterit amplius (18)
a suis male consultoribus (19) relevari.
Unde posteri sibi caveant vel presentes, (20)
ne sint in regno pares socii dissidentes. (21)

CAPITULUM XXXVI.

De Zbigneui hostilitate erupta. (1)

Bolezlauus autem hec omnia soli domino (2) comendabat,
iniuriamque fraternam adhuc (3) equanimiter tollerabat,
semperque laboriosus Poloniam, sicut leo rugiens, metuendus circumibat. (4)

(17) *neque*, ed. Ged. p. 89. et cod. Heilsb.
(18) *amplius*, deest in ed. Ged. p. 89.
(19) *ultoribus*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(20) *pntes*, habent codices. Ed. vero Ged. p. 89. *et parentes.*
(21) *diffidentes*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(1) Inscriptio deest, tam in codicibus, quam in ed. Ged.
(2) *Deo* pro *dño*, ed. Ged. p. 89.
(3) *ad hoc* pro *adhuc*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(4) *circuibat*, ed. Ged. p. 89. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Cui (5) forte fuit interim nunciatum: (6) Kosle, castrum (7)

in confinio Bohemorum, a se ipso tamen, non ab hostibus, concrematum.

Qui reputans, aliquem per tradicionem hoc fecisse,

dubitansque, Bohemos ad illud muniendum properare,

illuc statim cum paucissimis (8) transvolavit,

ibique laborem proprijs manibus inchoavit.

Jam enim tantum tamque (9) diu huc illucque cursitando (10) suos ita fatigatos reddiderat,

quod, tam subito revocare, iniuriosum visum erat.

Tamen et suos ad auxilium advocavit,

et fratrem per nuncios, satis idoneos, invitavit,

eique verba subsequencia delegavit:

Quoniam quidem (11) frater, inquit, cum sis maior etate,

parque beneficio, regni divisione,

---

(5) *cum* pro *cui*, ed. Ged. ibid.

(6) *Boleslao*, addit ed. Ged. ibid.

(7) *castrum Caszle circa confinium Moravorum*, anon. Sommersb. I. p. 29. *Kozli:* Zusätze zur Hist. u. Geneal. v. Schlesien. I. St. p. 14.

(8) *paucis*, ed. Ged. p. 89.

(9) *que*, deest ibid. in ed. Ged. *tantum tandem diu*, cod. Heilsb.

(10) *cursitans*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(11) *quidem*, deest in ed. tantum Ged. p. 89.

http://rcin.org.pl

me solum iuniorem laborem totum subire permittis,

nec te de bellis vel de (12) regni consilijs intromittis,

aut totam regni curam ac (13) sollicitudinem, sicut (14) maior esse vis, obtineas (15),

aut legitimo michi,

licet etate minori, (16),

onus terre sufferenti,

totumque (17) laborem pacienti,

si non prosis, saltim non noceas.

Quod si curam istam susceperis,

et in vera fraternitate (18) perstiteris,

quocunque me pro communi consilio vel utilitate regni vocaveris,

me promtum ibi cooperatorem habueris. (19)

Aut si forte quiete vivere, quam laborem tantum subire (20), malueris,

mihi

(12) *de*, deest in ed. Ged. ibid.

(13) *aut* pro *ac*, cod. Heilsb.

(14) *si* pro *sicut*, ed. Ged. ibid. *sic*, cod. Heilsb.

(15) *suscipere* pro *obtineas*, ed. Ged. ibid. In cod. Heilsb. deest verbum.

(16) *juniori* pro *aetate minori*, ed. Ged. p. 89.

(17) *totum laborem permittere debes, si*, etc. ed. Ged. ibid. *totum laborem obtinere* (quae vox *obt.* in margine addita) *si*, cod. Heilsb.

(18) *caritate*, ed. Ged. p. 89. et cod. Heilsb. pro *fraternitate*.

(19) *obtinebis*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(20) *suscipere*, ed. Ged. p. 89. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

mihi totum comitte, (21) et sic deo propicio tutus eris.

Ad hec Zbigneuus convenientem nequaquam responsionem remandavit, (22)

legatos pene vinculis et carceri (23) mancipavit.

Jam enim totum suum exercitum, fratrem invasurus, collegerat,

simulque Pomoranos ac Bohemos ad eum de Polonia propellendum (24) asciverat. (25)

At Bolezlauus, castro munito, horum inscius, in loco vocabulo lapis (26) residebat,

ibique iacens, more solito, vicinius (27) et rumores et legaciones audiebat,

ac (28) velocius ex inproviso suis hostibus occurrebat.

Legati tandem, vix amicorum subsidio liberati,

ad Bolezlauum nunciantes, que viderant et audierant, sunt reversi.

Quo audito Bolezlauus, an resistat, an desistat, diu dubitans, (29) hesitavit,

(21) *permitte*, ed. Ged. p. 89.
(22) *sed*, addit ed. Ged. p. 89. et cod. Heilsb.
(23) *carcere*, non recte habet cod. Gnesn.
(24) *propellandum*, cod. Gnesn.
(25) *acciverat*, ed. Ged. p. 89. et cod. Heilsb.
(26) *lapide*, cod. Gnesn. *lapis*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(27) *vicinorum* pro *vicinius*, ed. Ged. p. 89.
(28) *et* pro *ac*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(29) *dubiccionis* pro *dubitans*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

sed reversus ad cor suum, quanto cicius (30) suum exercitum congregavit, (31)

et ad regem (32) Ruthenorum (33) Vngarorumque pro auxilio delegavit.

Sed si per se, vel (34) per ipsos, nihil agere potuisset,

ipsum regnum et spem regni expectando perdidisset. (35)

CAPITULUM XXXVII.

Foedus cum Bohemis ictum et fuga Zbigneui. (1)

Igitur belliger (2) Bolezlauus, tribus exercitibus circumdatus,

quos primus (3) expectet, vel in quos irruat, meditatur,

(30) *quantocius*, ed. Ged. p. 89. et cod. Heilsb.
(31) *aggregavit*, cod. Heilsb.
(32) *reges*, ed. Ged. ibid.
(33) *et* omisso *que*, ed. Ged. ibid. In cod. Heilsb. conjunctio desideratur.
(34) *vi* pro *vel*, cod. Gnesn.
(35) Ed. Ged. p. 89. et cod. Heilsb. habent hoc loco: *etc.* indicantes omissa quaedam, quamvis ex Gnesn. cod. non appareat additamentum.
(1) Inscriptionem nec ed. Ged. p. 89. nec codices habent.
(2) *belligerator* pro *belliger*, ed. Ged. ibid.
(3) *prius*, ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

sicut leo vel aper, molosis (4) canibus indagatus,

latratibus canum, tubisque venatorum, ad iracundiam provocatur.

Sed omnes tamen Bolezlauum metuebant,

quod, eo stante medio, ad locum terminatum conveniere non audebant.

Interim autem Zbigneui littere capte cum inimicis (5) sunt allate,

quibus multe tradiciones et insidie sunt prolate.

Quibus lectis quilibet (6) sapiens admiratur,

totusque populus pro periculo lamentatur.

Ad extremum vero Boleslauus sapienter satis ac (7) convenienter pro tempore pacem cum Bohemis federavit,

ac exercitu concitato Zbigneuum (8) eliminare disposuit.

Zbigneuus vero non fratris adventum, eadem facturus,

vel bellum commissurus, (9) nec castris securus,

nec civitatibus, retardavit,

sed fugiens, velut cervus, Wislam (10) fluvium transnatavit.

*14

(4) *molossis*, ed. Ged. p. 89.
(5) *nunciis* pro *inimicis*, ed. Ged. p. 90. et cod. Heilsb.
(6) *quisque* pro *quilibet*, ed. Ged. p. 90. et cod. Heilsb.
(7) *et* pro *ac*, ed. Ged. p. 90. et cod. Heilsb.
(8) addidi ex cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 90. quamvis hoc nomen propr. desit in cod. Gnesn.
(9) *ex*, habet Gnesn. codex, forsan extra, quam superfluam vocem rejeci.
(10) *Wyslam*, ed. Ged. p. 90. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXXVIII.

Zbigneuus rediit in gratiam fratris. (1)

At Bolezlauus festinanter satis (2) adveniens,
ibi quosdam fideles Zbigneui, sibi resistentes, inveniens,
paucis diebus et illud castrum obtinuit,
et accepta legacione suum comitem in Gneznensi (3) civitate constituit. (4)
Jnde progrediens in Spicimir, (5) senem fidelem inclusit, (6)
quem audita fama sue sedis reddite vix exclusit,
quem (7) secum assumpsit, ad Lucic (8) sedem translatam properavit,
ibique (9) vetus castellum contra Mazoviam reparavit.

(1) Jnscriptio haec legitur in ed. Ged. p. 90. et in cod. Heilsb. deest vero in cod. Gnesn.
(2) *Calis*, addit anon. Sommersb. I. p. 29.
(3) *Gnezdensi* habet cod. Gnesn. incuria scribae.
(4) *conclusit*, ed. Ged. p. 90.
(5) *Spiczimir*, cod. Heilsb.
(6) Martinum, archiepiscopum Gnesnensem, existimat Kownacki recte p. 259. *Jnde — — inclusit*, in ed. Ged. p. 90. desunt. Habet tamen hunc versum cod. Heilsb. ponit vero in fine *conclusit* pro *inclusit*.
(7) *quo*, cod. Gnesn. *quo secum assumpto*, ed. Ged. p. 90. et cod. Heilsb.
(8) *lucie*, ed. Ged. ibid. *Lungick*, anon. Sommersb. I. p. 29. *Lunczik*,, Zusätze zur Hist: u. Geneal. von Schlesien. I. Stück p. 14. Cod. Heilsb. *ad lucie sedem.*
(9) *ibique*, ed. Ged. p 90. et cod. Heilsb. *ubique*, cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Tum (10) primum Ruthenorum auxilium et Vngarorum commeavit,

cum quibus, iter arripiens, Wyslam fluvium transmeavit.

Tum (11) vero Zbigneuus in desperacionem est redactus,

ac Jaroslawo, (12) duce Rutheno, (13)

simulque Balduino, (14) Cracoviensi episcopo,

mediantibus, ante fratrem satisfacturus et obediturus est adductus,

tunc primum inferiorem se fratrem (15) reputavit,

tunc iterum, se nunquam fratri fore contrarium,

sed in cunctis obediturum,

et castrum Galli destructurum, (16)

coram omnibus abiuravit.

Tunc a fratre Mazoviam retinere, sicut miles, non ut dominus, impetravit.

Pacificatis itaque fratribus, Ruthenoroum exercitus et Vngarorum ad propria remeavit,

---

(10) *Tunc*, pro *tum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(11) *Tunc* pro *tum*, ed. Ged. p. 90. et cod. Heilsb.

(12) *Jaroslavo*, deest in ed. Ged. ibid. *acaroslao*, cod. Heilsb.

(13) *Ruthenorum* pro ablativo, ed. Ged. p. 90. *duci Rutheno*, cod. Heilsb.

(14) *Balidewino*, anon. Sommersb. I. 29. *Baldewino*, Zusätze zur Hist: u. Geneal. von Schlesien. Stück I. p. 14.

(15) *fratre* ed. Ged. p. 90. loco accusativi. *frē*, cod. Heilsb.

(16) *quod contra eum construxerat*, addit anon. Sommersb. I. 29.

http://rcin.org.pl

Bolezlauus vero per Poloniam, quocunque sibi placuit, ambulavit. (17)

CAPITULUM XXXIX.

Zbigneui perfidia erga fratrem. (1)

Rursus hiemali tempore, Pomoraniam invasuri, Poloni congregantur,

ut facilius municiones, congelatis palludibus, capiantur.

Tunc quoque Bolezlauus Zbigneui perfidiam est expertus,

(2) quia in his omnibus periurus manifeste, que juraverat, est repertus.

Qui prope (3) castrum, quod (4) Gallus (5) fecerat, non destruxit,

nec, in fratris auxilium invitatus, unam solam aciem vel (6) instruxit.

(17) Ed. Ged. p. 90. et cod. Heilsb. habent hoc loco *etc.* tanquam indicem lacunae, quae in codice Gnesn. non adspicitur.

(1) Jnscriptio haec est editionis Ged. p. 90. et cod. Heilsb.

(2) *Zbigneus namque in omnibus perjurus manifeste que iuraverat est repertus*, cod. Heilsb. *Zbigneus namque in omnibus perjurus et quod manifeste pejeraverat, est repertus*, ed. Ged. p. 90.

(3) *prope*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

(4) Hoc pronomen superpositum conspicitur in cod. Gnesn.

(5) Prima litera nominis proprii huc in cod. Gnesn. *c*, est, non *g*. *Gallus* habet codex Heilsb. et ed. Ged. p. 90. *Galli*, anon. Sommersb. l. 29.

(6) *non* pro *vel*, ed. Ged. p. 90. et cod. Heilsb. non recte.

http://rcin.org.pl

Dux vero septentrionalis, (7) conturbatus aliquantulum ex hac arte,

suum tamen non dimisit propositum, (8) cor habens in domino non in fratre.

Igitur, sicut draco flammivomus, solo (9) flatu vicina comburrens,

non combusta (10) flexa cauda percuciens, terras transvolat nocturus,

sic Bolezlauus Pomoraniam impetit, ferro (11) rebelles, igne municiones, destructurus.

Sed quid eundo per (12) terram vel transeundo egerit, (13) obmittamus,

sed in medio terre civitatem Albam obsidendam (14) adeamus.

Adveniens itaque Bolezlauus ad urbem, que quasi centrum (15) terre medium reputatur,

castra ponit, instrumenta parat, quibus (16) levius et minori periculo capiatur.

---

(7) *septentrionalis*, deest in ed. Ged. ibid. septemcona*lis*, cod. Heilsb.

(8) *suum habens propositum*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 90. habent loco verborum: *suum tamen — propositum.*

(9) *suo* pro *solo*, ed. Ged. p. 90. et cod. Heilsb.

(10) *combuste*, cod. Heilsb.

(11) *fr'e = fratre*, cod. Gnesn. *ferro*, ed. Ged. p. 90. et cod. Heilsb.

(12) *per*, deest in cod. Gnesn. apposui ex ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(13) *redeundo fecerit*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(14) *conditam* pro *obsidendam*, ed. Ged. p. 90. *ōnden-do*, cod. Heilsb.

(15) *et* loco *terre* ed. Ged. ibid. *centrum et medio reputatur*, cod. Heilsb.

(16) *leviori*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Quibus partibus assidue, armis et ingenijs, laboravit,

quod (17) paucis diebus urbem cives reddere coartavit. (18)

Qua recepta suos ibi milites collocavit,

signoque dato, motisque castris, ad maritima properavit.

Cumque iam ad urbem Cholbreg (19) declinaret,

et castrum mari proximum expugnaret, (20),

priusquam (21) ad urbem accedere cogitaret,

ecce cives et oppidanos, (22) pronis cervicibus obviam Bolezlauo procedentes,

semet ipsos et fidem et servicium proferentes. (23)

Ipse quoque dux Pomoranorum adveniens, Bolezlauo (24) inclinavit,

eiusque, residens equo, se (25) servicio et milicie deputavit.

---

(17) *qui* pro *quod*, ed. Ged. ibid. *quod* codices.
(18) *coarctat*, ed. Ged. ibid.
(19) *Gologum* pro *Cholbreg*, ed. Ged. p. 90. et cod. Heilsb. *Holberg*, anon. Sommersb. I. 29.
(20) *expugnare*, cod. Gnesn. *expugnaret*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(21) *prius quam*, codices ambo.
(22) *oppidani*, ed. Ged. p. 91. et cod. Heilsb.
(23) *preferentes*, ed. Ged. p. 91.
(24) *se*, addit ed. Ged. ibid.
(25) *se*, deest in cod. Gnesn. legitur tamen in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Quinque enim ebdomadis Bolezlauus, expectando bellum vel querendo, per Pomoraniam equitavit,

ac totum pene regnum illud sine prelio subiugavit.

Talibus ergo Bolezlauus preconiorum tytulis est laudandus,

talibusque bellorum ac (26) victoriarum triumphis coronandus.

CAPITULUM XL.

Filius nascitur (1).

Sed cum isto gaudio de victoria triumphali

exortum est maius gaudium, orto sibi filio progenie de regali.

Puer autem etate crescat,
probitate proficiat,
probis moribus augeatur,
de patre autem nobis (2) sufficiat,
si cepta materia teneatur.

(26) *et* pro *ac*, ed. Ged. p. 91. et cod. Heilsb.

(1) Inscriptio deest in ed. Ged. p. 91. et in utroque codice, qui novum caput spatio vacuo relicto indicant.

(2) *nobis*, deest in ed. Ged. p. 91. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XLI.

Zbigneuus victus iterum. (1)

Videns igitur (2) Bolezlauus, quod frater (3) in omnibus et promissis et iuramentis fidei nullius existebat,

et quoniam (4) toti terre noxius et obnoxius obsistebat,

eum de toto regno Polonie profugavit,

sibique (5) resistentes,

et castellum (6) intrare (7) confinio defendentes,

cum auxilio Ruthenorum et Vngarorum expugnavit. (8)

Sicque dominium Zbigneui malis consiliarijs est finitum,

totumque regnum Polonie sub Bolezlaui dominio counitum. (9)

---

(1) Jnscriptionem, nec codices, nec ed. Ged. p. 91. habent.

(2) *autem* pro *igitur*, ed. Ged. p. 91. et cod. Heilsb.

(3) *condicionibus promissis et juratis fidei nullus existebat*, ed. Ged. ibid. *moribus promissis et juratis fidei nullus e.* cod. Heilsb.

(4) *quod* pro *quoniam*, ed. Ged. p. 91. et cod. Heilsb.

(5) *que*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

(6) Galli nempe, ut Kownacki opinatur p. 263. *castrum*, ed. Ged p. 91. et cod. Heilsb.

(7) *intrare*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb. quae hoc loco ponunt: *in.*

(8) *oppugnavit*, ed. Ged. p. 91. *expugnavit*, ambo codices.

(9) Anon. Sommersb. I. p. 29. addit: „Jmo postea die-

http://rcin.org.pl

Et cum ista brumali tempore peregisse multis sufficeret ad laborem,

Bolezlauus tamen nihil grave reputat, ubi regni proficuum augmentari noverit vel honorem.

CAPITULUM XLII.

Saxones navigio venerunt in Prussiam. (1)

Igitur in Prusiam, terram satis barbaram, est ingressus,

unde cum preda multa (2), factis incendiis, (3) pluribusque (4) captivis, querens bellum, nec inveniens, est reversus.

Sed (5) cum forte contigerit, (6) regionem istam in mencionem incidisse,

non est inconveniens, aliquid ex relacione maiorum addidisse. (7)

„ rum processu, quidam nobilis duellum faciens cum „ Sbigneo, vicit eundem in Sandwel, cui Boleslaus „ pro triumphi titulo dedit oppidum Ponitus per- „ petuo possidendum. " *Zusätze zur Hist. u. Geneal. v. Schlesien.* I. Stück p. 14. nomen oppidi *Ponicz* exhibent.

(1) Inscriptio haec in ed. Ged. p. 91. et in cod. Heilsb. existit, in cod. vero Gnesn. deest.

(2) *et*, addit ed. Ged. p. 91.

(3) *cum*, repetit ed. Ged. ibid.

(4) *que*, omittit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(5) *tamen*, addit ed. Ged. p. 91. *tamen* pro *cum*, cod. Heilsb.

(6) *mencionem regionem istam in memoriam incidisse*, cod. Heilsb.

(7) *addisse*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Tempore namque Karoli magni, Francorum regis, cum Saxonia sibi rebellis existeret,

nec dominacionis iugum nec (8) fidei Christiane susciperet,

populus iste cum navibus de Saxonia transmeavit,

et regionem istam et regionis (9) nomen occupavit.

Adhuc ita, sine rege, sine lege, persistunt,

nec a prima perfidia nec (10) ferocitate desistunt.

Terra enim illa lacubus (11) et palludibus est adeo comunita, (12)

quod non esset vel castellis vel civitatibus sic munita,

unde non potuit adhuc (13) ab aliquo subiugari,

quia nullus valuit (14) cum exercitu tot lacubus et palludibus transportari.

---

(8) *fidem Xstianam*, ed. Ged. ibid.

(9) *regionis*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *regione nomen*, cod. Gnesn.

(10) *vel* pro *nec*, cod. Heilsb.

(11) *sats* = *satis*, est in codice Gnesn. forsan *saltibus* legendum. Recepi tamen lectionem ed. Ged. p. 91. et cod. Heilsb.

(12) *communita*, ed. Ged. p. 91. et cod. Heilsb. *counita*, cod. Gnesn.

(13) *adhuc*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

(14) *potuit*, ed. Ged. p. 91. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XLIII.

Miraculum de Pomoranis. (1)

Nunc autem Pruzos (2) cum brutis animalibus relinquamus,

et (3) quandam relacionem, relacionis capacibus, (4) immo dei miraculum, referamus.

Contigit forte (5), Pomoranos de Pomorania prosilisse,

eosque more (6) solito predam capturos (7) per Poloniam discurrisse.

Quibus dispersis et discurrentibus per diversa,

cunctisque mala facientibus et perversa,

quidam (8) tamen eorum ad maiora scelera proruperunt,

qui metropolitanum ipsum et sanctam ecclesiam invaserunt.

---

(1) Jnscriptionem hanc habent ed. Ged. p. 91. et cod. Heilsb.

(2) *Prussos*, ed. Ged. ibid. *prusos*, cod. Heilsb.

(3) *et*, deest ibid. et in cod. Heilsb.

(4) *capacem*, loco dativi, ed. Ged. p. 91. et cod. Heilsb.

(5) *namque* pro *forte*, ed. Ged. et cod. Heilsb.

(6) *more*, deest in cod. Heilsb.

(7) *captivos*, cod. Gnesn. *capturos* ed. Ged. p. 91. et cod. Heilsb.

(8) *quibz* cod. Gnesn. *quib9* cod. Heilsb. = quibus, habet cod. ergo uteique, *quibus* legit quoque ed Ged. p. 91.

http://rcin.org.pl

Igitur Martinus, archiepiscopus Gneznensis (9), senex fidelis, Spiczimir (10) in ecclesia sua confessionem cum sacerdote, missam auditurus, faciebat,

suamque viam, insellatis (11) iam equis, alias (12) iturus, disponebat.

Sicque, procul dubio, simul omnes ibidem aut (13) fuissent iugulati,

aut pariter dominus sicut servus captivitatis (14) vinculis mancipati,

nisi quidam de ministris, foris astantibus, armis eorum recognitis, ad ecclesie ianuam properaret (15),

iamque presentes adesse Pomoranos exclamaret (16).

Tum (17) vero presul, (18) sacerdos, archidiaconus tremefacti,

de vita temporali iam desperare sunt coacti.

---

(9) *senex fidelis, Spiczimir* desunt in ed. Ged. p. 92. solum.

(10) Nomen hoc proprium in margine cod. Gnesn. est repetitum, quia scriba omisit in contextu primam litteram *i*, quae tamen est superposita.

(11) *insallatis*, legitur in Gnesn. cod. *iam* deest in ed. Ged. p. 92.

(12) *alio* pro *alias*, ed. Ged. p. 92.

(13) *aut*, deest in ed. Ged. p. 92. et in cod. Heilsb. qui *pariter* loco hujus vocis ponit.

(14) *fuissent*, repetit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(15) *propinquasset*, ed. Ged. ibid.

(16) *nunciasset*, ed. Ged. ibid. Desideratur verbum in cod. Heilsb.

(17) *Tunc* pro *tum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(18) *et*, addit ed. Ged. p. 92.

http://rcin.org.pl

Quid consilii caperent?
vel quid agerent?
vel (19) quo fugerent?
Arma nulla, clientes pauci, hostes in ianuis, et quod periculosius videbatur,
ecclesia lignea ad comburrendum eos paracior habebatur.
Tandem archidiaconus,
per hostium (20) exiens,
per solarium coopertum ad equos ire volebat,
et sic evadere se putabat.
Sed salutem deserens, et salutem querens, a salute deviavit,
quia (21) Pomoranis illuc irruentibus obviavit.
Quo capto pagani putantes, archiepiscopum esse, gavisi sunt vehementer.
Quem positum in vehiculo non ligant, non verberant, (22) sed custodiunt, venerantur. (23)
Interim autem archiepiscopus deo se votis et precibus comendavit,
seque crucis sacro signaculo consignavit,(24)
nec, ubi (25) iuvenis dubitaret,
illuc scandere senex tremulus dubitavit.(26)

---

(19) *aut* pro *vel*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(20) *ostium*, ed. Ged. ibid.
(21) *sed* pro *quia*, ed. Ged. p. 92. et cod. Heilsb.
(22) *carcerant*, ed. Ged. p. 92. et cod. Heilsb.
(23) *sed — venerantur*, desunt in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.
(24) *signavit*, ed. Ged. p. 92. *asignavit*, cod. Heilsb.
(25) *ibi* pro *ubi* cod. Heilsb.
(26) *non dubitavit scandere sublime.* Anon. Sommersb. 1. p. 30.

http://rcin.org.pl

Mirabile dictu! vires, quas etas senilis (27) denegavit,

periculum mortis timorque subitaneus ministravit. (28)

Presbiter vero, (29) sicut erat paratus, se post altarium (30) reclinavit,

et sic uterque, presul et sacerdos, deo iuvante, manus hostium evitavit.

Nam paganos, in ecclesiam irrumpentes, ita divina maiestas excecavit, (31)

quod nullus eorum, vel sursum ascendere, vel post altare respicere, ad memoriam revocavit.

Qui tamen archiepiscopi altaria viatica (32) ecclesieque (33) reliquias abstulerunt,

statimque cum eis et cum archidiacono, quem ceperant, abierunt. (34)

Sed deus (35) omnipotens sic presulem, sacerdotem, et ecclesiam liberavit,

sic (36) reliquias postea, totumque sanctuarium incontaminatum et inviolatum, archiepiscopo restauravit. (37)

Qui-

(27) *semel* pro *senilis*, ed. Ged. p. 92. et cod. Heilsb.
(28) *ministrat*, ed. Ged. p. 92.
(29) *postquam id*, cod. Heilsb. *postquam enim*, loco verborum: *presbiter vero*, ed. Ged. p. 92. conf. Semlerus p. 46.
(30) *retro altare*, anon. Sommersb. I. 30.
(31) *excecat*, ed. Ged. ibid.
(32) *vitica*, cod. Heilsb.
(33) *Qui tamen ecclesie reliquias*, ed. Ged. p. 92.
(34) *adierunt*, cod. Heilsb.
(35) *optimus* pro *omnipotens*, ed. Ged ibid. *opt*, cod. Heilsb.
(36) *sic*, deest in ed. Ged. ibid.
(37) *restaurat*, ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

Quicunque enim paganorum reliquias, vel sacras (38) vestes, vel vasa sanctuarii possidebat,

vel caducus eum morbus, vel insania terribilis agitabat.

Unde dei magnificencia tremefacti,

captivo archidiacono (39) cuncta reddere sunt coacti.

Jpse quoque sanus et incolumis archidiaconus de Pomorania remeavit,

sicque, suis omnibus restauratis, (40) archiepiscopus deum mirabilem in hys (41) operibus collaudavit.

Ex ea die Pomorani paulatim incipiunt annullari, (42)

nec ita sunt ausi postea per Poloniam evagari. (43)

(38) *sacras*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.
(39) *archiepiscopo*, cod. Heilsb. pro *archidiacono*.
(40) *restitutis*, ed. Ged. p. 92. et cod. Heilsb.
(41) *suis* pro *his*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(42) *admirari*, ed. Ged. p. 92. et cod. Heilsb. *Pomeranorum virtus incepit deficere*, anon. Sommersb. I. p. 30.
(43) *etc.* addit cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XLIV.

Pomoranorum baptisacio. (1)

Igitur impiger Bolezlauus iterum Pomoraniam est ingressus,

et castellum obsessurus Carnkou (2) magnis viribus est aggressus,

machinis diversi generis preparatis,

turribus castellanam municionem preeminencioribus elevatis,

armis tam diu ac instrumentis (3) opidum impugnavit,

donec illud, facta deditione, suo dominio mancipavit.

Insuper etiam ad fidem multos ab infidelitate revocavit,

ipsumque dominum castelli de fonte baptismatis elevavit.

Audientes autem hoc pagani, ipseque dominus paganorum, sic facile videlicet corruis-

(1) Capit. XLIV. usque ad XLVIII. desunt in editione Gedanensi p. 92. et in cod. Heilsb.

(2) Scriba coepit pingere hocce nomen per cz, sed linea ducta delevit has duas litteras, relictoque spatio vacuo scripsit ita, ut imprimi curavimus. Anon. Sommersbergii I. p. 30. habet *Carulcaw*. Zusätze zur Hist. und Geneal. v. Schlesien legunt denique p. 14. *Carulcow*.

(3) *abmstmets*, voces duae in unam contractae et corruptae in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

se contumaciam (4) Charncorum, ipse dux Boleslauo primus omnium inclinavit,

sed eorum venter longo tempore confidelitatem observavit.

Nam postea baptisatus ille Boleslaui filius spiritalis

tradiciones fecit multimodas, dignas sentencie capitalis.

Sed ista, suo loco recitanda, presencialiter silencio contegamus,

donec imperatorem de Vngaria, Boleslauum vero de Bohemia, reducamus,

et, si qua prius fieri contigerit, inducamus.

CAPITULUM XLV.

Bellum cum Moravis gestum.

Nunc autem de Pomoranis ad Bohemos convertamur,

ne diucius circa idem immorantes pigritari videamur.

Igitur Boleslauo in terre custodia persistente,

et honori patrie totis viribus insistente,

contigit forte, Moravienses advenire,

volentes castrum Kosle, (1) Polonis nescientibus, prevenire.

(4) *contumacium* habet cod. Gnesn.

(1) *Cosle*, anon. Sommersb. I. p. 30. Zusätze zur Hist. u Geneal. v. Schlesien I. p. 14. *Kozli.*

http://rcin.org.pl

Tunc quoque Boleslauus quosdam probos milites ad Rathibor, si possibile sit, capiendum misit,

ipse tamen propterea vel venari vel quiescere non dimisit.

Jlli vero probi milites abeuntes,

et certamen cum Moraviensibus ineuntes,

ibi probi quidam de Polonis in prelio corruerunt,

socii tamen eorum et victorie campum et castellum habuerunt.

Sic sunt in prelio Moravienses interempti,

et sic illi de castello ignorantes interempti.

Jnterea Henricus, imperator, quartus Vngariam introivit,

ubi parum utilitatis vel honoris acquisivit.

Nos autem de gestis imperatoris vel Vngarorum ad presens non tractamus,

sed hec comemorando Boleslaui fidem et audaciam predicamus.

CAPITULUM XLVI.

Bellum Bohemis illatum.

Erat enim inter regem Vngarorum Colmannum

et ducem Polonie Boleslauum coniuratum,

quod, si regnum alterius imperator introiret,

alter eorum interim Bohemiam prepediret.

http://rcin.org.pl

Quando ergo cesar Vngariam introivit,
Boleslauus quoque, fidem servans, in medio silvarum prelio comisso,
victor Bohemiam prepedivit,
ubi, tribus diebus et noctibus comburrendo, tres castellanuas unumque suburbium dissipavit,
et sic cito pro Pomoranis, per tradicionem sua castra capientibus, remeavit.

CAPITULUM XLVII.

Pomorani rebelles.

Jam eo absente Pomorani Vscze, Boleslaui castrum, obsederant,
et illud Poloni Pomoranis iam per Gnevomir (1) tradicionem suggerentem tradiderant.
Erat enim iste Gnevomir de castello Charncou (2), quod Bolezlauus (3) expugnavit,
et quem ipse de fonte baptismatis elevavit,
et, ceteris interemptis, vite reservavit,
et in ipso castello dominum collocavit.

(1) Codex Gnesn. habet *Gneuomir per*, quem ordinem mutavi. Zusätze zur Hist. und Geneal. v. Schlesien. I. St. p. 14: *Poloni suggestione cujusdam Gneuomir castrum quoddam per tradicionem Pomeranis dederant.*

(2) *Carulcaw*, anon. Sommersb. I. p. 31. Zusätze zur Hist. u. Geneal. v. Schlesien I. Stück p. 15. vero habent: *Kartucow.*

(3) *prius expugnavit, ut prefertur*, anon. Sommersb. I. p. 31.

http://rcin.org.pl

Hic vero perfidus, periurus, immemor beneficii, perverso consilio,

castrum reddere consuluit castellanis, menciendo:

Bolezlauum superatum a Bohemis,

et iam redditum Alemannis.

Exercitu itaque tam laborioso itinere,

tamque periculoso, de Bohemia redeunte,

nec sibi, nec viris fatigatis, nec equis macillentis pepercit,

nec die noctuque requievit,

donec illuc festinans cum paucis, quos de multis eligere potuit,

et si non aliud fecit, se velle iniuriam vindicare, saltim innotuit,

eumque sanum et non superatum, apparuit.

Nullus enim se contra eum ad bellum preparavit,

nullus enim vel redeunti pugnaturus obviavit,

et sic, nec dampnum faciens, nec recipiens, remeavit.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XLVIII.

Bolezlauus Pomoranos rebelles, capto castro Velun, castigat. (1)

Iterum, aliquantulum equis et militibus recreatis,
in Pomoraniam redire parat Bolezlauus, iterum ad bellum, cohortibus instauratis.
Hostium (2) ergo terram ingrediens,
non predas sequitur vel armenta,
sed, castrum Velun (3) obsidens,
machinas preparat ac diversi generis (4) instrumenta.
At contra castellani, vite (5) diffidentes,
solummodo (6) in armis confidentes,

(1) Verba argumenti, a nobis praeposita, nec in codicibus nec in ed. Ged. p. 92. exstant, codices spatio vacuo indicant novum caput.
(2) Ed. Ged. p. 92. et cod. Heilsb. sic ordiuntur: *Iterum igitur Boleslaus in Pomaraniam redire parat ad bellum, et* (deest *et* in cod. Heilsb.) *cohortibus instauratis hostium* (*ad* praeponit cod. Heilsb.) *terram ingrediens.*
(3) *Welen*, anon. Sommersb. I. p. 31. *Velen*, Zusätze zur Hist. u. Geneal v. Schlesien. I p. 15.
(4) *et diversorum generum*, ed. Ged. p. 92. et cod. Heilsb.
(5) *in arce* loco *vite*, ed. Ged. ibid.
(6) *modo*, deest ibid. in ed. Ged. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

propugnacula relevant,
destructa reparant,
sudes preocupatas (7) et lapides sursum elevant,
obstruere portas festinant.
Machinis itaque preparatis,
et universis (8) adarmatis, (9)
Poloni castrum undique viriliter invadunt, (10)
Pomorani vero non minus defendunt.
Poloni (11) pro iusticia et victoria sic acriter insistebant,
Pomorani pro naturali perfidia et pro salute defendenda resistebant.
Ad extremum tamen Pomorani,
continuis laboribus et vigilijs fatigati,
se non posse tantis resistere viribus, meditantes, (12)
de primo fastu superbie descendentes,
sese castellumque, recepta Bolezlaui chyrotheca (13) pro pignore, reddiderunt. (14) At Poloni tot labores, (15) tot mortes,
tot asperas hiemes, tot tradiciones, et insidias memorantes,

---

(7) *preocupatas*, omisit ed. Ged. p. 92.
(8) *vmu'sibz* = universibus legit cod. Gnesn.
(9) *ad arma vocatis* pro *adarmatis*, ed. Ged. p. 92.
(10) *oppugnant*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(11) *gloriam appetebant*, *Pomorani libertatem defendebant. Jgitur Pomorani vigiliis et laboribus fatigati, se non*, etc. ed. Ged. p. 92. et cod. Heilsb.
(12) *meditantes*, ed. Ged. p. 92. 93. *meditari*, codices ambo.
(13) *ciroteca*, cod. Gnesn. *cyrotheca*, cod. Heilsb.
(14) *tradiderunt*, ed. Ged. p. 93. et cod. Heilsb.
(15) *tot labores*, desunt in ed. Ged. p. 93. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

omnes occidunt, nulli parcentes,
nec ipsum etiam Bolezlauum, hoc prohibentem, audientes.
Sicque paulatim rebelles et contumaces Pomorani per Bolezlauum destruuntur,
sicut iure perfidi destrui solent. (16)
Castellum vero Bolezlauus melius ad retinendum affirmavit, (17)
eoque (18) munito necessarijs, suos ibi milites collocavit.

CAPITULUM XLIX.

Sexcenti Pomorani in Mazovia sunt perempti (1)

Sequenti tamen estate congregati,
transierunt in Mazoviam (2) predam capere Pomorani.
Sed sicut sibi (3) Mazovienses predam facere sunt conati, (4)
sic ab ipsis Mazoviensibus preda fieri sunt coacti.

(16) *debent*, ed. Ged. p. 93. et cod. Heilsb.
(17) *firmavit*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(18) *eo quoque* pro *eoque*, ed. Ged. p. 93. et cod. Heilsb.
(1) Jnscriptio ed. Ged. p. 93. et cod. Heilsb.
(2) *Maiozouiaz*, habet codex Gnesn.
(3) *ex Mazoviensibus* pro *Mazovienses*, ed. Ged. p. 93.
(4) *ipsorum Mazouiensium preda*, ed. Ged. p. 93. *sed sicut sibi mazovien. predam sibi facere sunt conati de*

http://rcin.org.pl

Ipsi namque per Mazoviam cursitantes,
predam et captivos congregantes,
et edificia concremantes, (5)
iam securi cum preda stabant,
nec de bello dubitabant.

Et ecce comes nomine Magnus,
qui tunc Mazoviam regebat, (6) cum Mazoviensibus,

paucis quidem numero, probitate vero (7) numerosis, (8)

contra plures et innumerabiles paganos horribile prelium intravit, (9)

ubi deus suam omnipotenciam revelavit, (10)

namque (11) de paganis ibi plus quam sexcentos aiunt interisse,

predamque totam illis et captivos Mazovienses abstulisse,

residuos quoque vel capi, (12) non est dubium, vel fugisse.

---

ipsis mazouiensibus preda fieri sunt coacti, cod. Heilsb.

(5) *concrementes*, cod. Heilsb.

(6) *qui — — regebat*, desunt in ed. Ged. p. 93. et in cod. Heilsb.

(7) *atque viribus*, loco vocis *vero*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(8) *numerosos*, male est in cod. Gnesn.

(9) *introiuit*, ed. Ged. p. 93. et cod. Heilsb.

(10) *relevavit*, ed. Ged. p. 93.

(11) *que* deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

(12) *captos* pro *capi*, ed. Ged. p. 93.

http://rcin.org.pl

Quippe Symon, illius regionis (13) presul, oves suas, lupinis morsibus laceratas, luctuosis vocibus, cum suis clericis infulis indutus sacerdotalibus, (14) sequebatur,

et quod armis sibi materialibus non licebat, hoc armis perficere (15) spiritualibus et oracionibus nitebatur. (16)

Et sicut antiquitus filij Jsrael Amalechitas oracionibus Moysis (17) devicerunt,

ita vero (18) Mazovienses de Pomoranis victoriam, sui pontificis (19) adiuti precibus, habuerunt.

Sequenti etiam die due mulieres fraga per devia legentes, uno milite Pomoranorum invento, novam victoriam retulerunt,

quem armis exutum, religatis post tergum manibus, in presencia comitis et pontificis adduxerunt.

---

(13) *religionis*, errore scribae habet codex Gnesn.
(14) *pontificalibus* pro *sacerdotalib.* ed. Ged. p. 93. et cod. Heilsb.
(15) *proficere*, ed. Ged. ibid.
(16) *satagebat*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(17) *Moysi*, codices.
(18) *nunc* pro *vero*, ed. Ged. p. 93. et cod. Heilsb.
(19) *antistitis*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM L.

Bohemorum et Zbigneui clades. (1)

Zbigneui quoque milites,
cum Bohemis per regionem (2) Zleznensem (3) depredantes et concremantes,
simili infortunio ab ipsis affinibus (4) superati,
quidam vero capti, quidam gladio iugulati. (5)
His autem minoribus pretaxatis, (6) aliquantisper quiescamus,
ut contextum de maioribus librum tercium adeamus.

Explicit secundus liber, incipit tercius liber. (7)

(1) Argumentum ed. Ged. p. 93. deest in codicibus.
(2) *religionem*, non recte est in cod. Gnesn.
(3) *Zleznsem* erat errore scriptum in cod. Gnesn. sed postea additum est super *ns* signatum linea superposita ˜, ita, ut legendum sit: *Zlezn — en — sem.* Cod. Heilsb. *Zlesiensem*, ed. Ged. p. 93. *Zilesiensem.*
(4) *affinibus*, deest in ed. Ged. p. 93. Cod. Heilsb. primam solum syllabam *af* exhibet.
(5) *iugulantes*, habet codex Gnesn.
(6) *pertractatis*, ed. Ged. p. 93.
(7) *et primo prologus*, apponit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

LIBER TERCIUS. (1)

JNCIPIT EPISTOLA TERCII LIBRI. (2)

Capellanis ducalibus venerandis, (3)
alijsque (4) bonis clericis per Poloniam memorandis,
presentis auctor opusculi: sic bona temporalia preterire, (5)
ut liceat expedite de caducis ad permanencia transilire.
Primum omnium vos scire volo, fratres carisssimi!
quia (6) tantum opus non ideo cepi,
ut per hoc fimbrias mee pusillanimitatis dilatarem,
nec, ut patriam vel parentes (7) exul apud vos et (8) peregrinos exaltarem,
sed ut (9) aliquem fructum mei laboris ad locum mee professionis (10) reportarem.

(1) Haec verba ipse interposui.
(2) Verba codicis Gnesn.
(3) Erat *revendis* = reverendis, sed mutatum est eadem manu in cod. Gnesn.
(4) *que*, deest in ed. Ged. p. 93. et in cod. Heilsb.
(5) vovet, optat, est subintelligendum.
(6) *quod* pro *quia*, ed. Ged. p. 93.
(7) *meos*, addit ed. Ged. p. 93. et cod. Heilsb.
(8) *vos et*, desunt in ed. Ged. p. 93. *apud vos et peregrinus*, cod. Heilsb.
(9) *in vobis*, addit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(10) Loco *professionis*, contra auctoritatem utriusque

http://rcin.org.pl

Item aliud (11) vestre discrecioni manifesto,

quia (12) non, ut me quasi ceteris (13) preferendo,

vel quasi facundiorem in sermone referendo,

hunc laborem suscepi, sed ut ocium evitarem,

et dictandi consuetudinem conservarem,

et ne frustra panem Polonie manducarem.

Insuper etiam copiosa bellorum materia ad presumendum onus, viribus inequale, meam ignoranciam excitavit,

ipsiusque Bolezlaui, belligeri (14) ducis, probitas ac magnanimitas audendi (15) fiduciam ministravit.

Quocirca non mea sed vestra percipite,

non fabrum sed aurum perpendite,

non vasa sed vinum ebibite.

Et si forsan in hoc opere verborum nuditatem accusatis,

ex his saltem materiam tractandi profundius et argumentosius (16) habeatis.

---

codicis atque ed. Ged., Kownacki legit *profectionis* p. 288.

(11) *id* pro *aliud*, ed. Ged. p. 93.

(12) *quod* pro *quia*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(13) *ceteros*, cod. Heilsb.

(14) *belligeri* deest in ed. Ged. p. 94. et in cod. Heilsb.

(15) *arridendi*, cod. Gnesn. *audendi* ed. Ged. p. 99. *audiendi*, cod. Heilsb.

(16) *materiam tractandi et argumentosius habeatis*, cod. Heilsb. *argumentum magni*, loco verborum: *profundius et argumentosius*, ed. Ged. p. 94.

http://rcin.org.pl

Quod si reges Polonos vel duces fastis indignos (17) annalibus (18) judicatis,

regnum Polonie proculdubio quibuslibet incultis barbarorum nacionibus addicatis. (19)

Et si forte proponitis: me, talem talisque vite, (20) indignum talia presumpsisse;

respondebo: bella regum atque ducum, non evangelium, me scripsisse.

Nunquam enim fama (21) vel milicia Romanorum vel Gallorum, si celeberrima, (22) per mundum haberetur,

nisi scriptorum testimoniis memorie posterorum et (23) imitacioni servaretur.

Maxima quoque Troja, (24) quamvis destructa iacebat et deserta,

eterne tamen (25) memorie poetarum tytulis est inserta.

Muri coequati, turres destructe iacent,

loca spaciosa et (26) amena habitatore (27) carent,

in palaciis regum et principum lustra ferarum et cubilia secreta latent,

---

(17) *indigos, indiguos*, consulit legere Kownacki p. 288.
(18) *aiālibꝰ*, codices sistunt siglum.
(19) *preferetis*, ed. Ged. p. 94.
(20) *vittae* legere suadet Kownacki p. 288. quae lectio mihi quidem non placet.
(21) *fame*, cod. Heilsb.
(22) *celebris* pro *si celeberrima*, ed. Ged. p. 94. *celeberrima*, omissa voce *si*, cod. Heilsb.
(23 *et*, deest in ed. Ged. p. 94. et in cod. Heilsb.
(24) *Troya*, ed. Ged. ibid. *troya*, cod. Heilsb.
(25) *tantum* pro *tamen* ed. Ged. ibid.
(26) *et*, deest in ed. Ged. ibid.
(27) *habitatione*, ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

Troje (28) tamen pergama (29) ubique terrarum, scriptura clamante, predicantur, (30)

Hector et Priamus plus in pulvere (31) quam in regni (32) solio recitantur.

Quid de Alexandro magno? quid de Antiocho? quid de Medorum atque (33) Persarum regibus? quid de tyranis barbarorum memorarem?

quorum si solum (34) nomina recitarem, opus hodiernum in diem crastinum (35) prolongarem.

Horum tamen fama interim natorum (36) preconijs immortalis,

quorum vita non est perpetua, sed pennalis. (37)

Nam

(28) *Troge*, ed. Ged. p. 94. *troye*, cod. Heilsb.
(29) *pargama*, ed. Ged. ibid.
(30) *predicatur*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(31) Kownacki p. 288. laudans Horatii verba: Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum collegisse juvat. Lib. I. od. I. exisimat, eandem significationem tribuendam esse hoc loco *pulveri*.
(32) *regum* pro *in regni*, ed. Ged. p. 49. *quam regni solio recitatur*. cod. Heilsb.
(33) *et* pro *atque*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(34) *tantum* pro *solum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(35) *crastinam*, ed. Ged. p. 94. et cod. Heilsb.
(36) *natū* = natum, habet cod. Gnesn. *horum tamen fama unum natum* (verum tamen?) *preconijs*, cod. Heilsb. Binas voces dubias ed. Ged. p. 94, more solito sibi consulens, plane rejecit.
(37) *penalis*, est in cod. utroque et in ed. Ged. per unum *n.* scriptum, forsan errore pro *temporalis*. Kownacki p. 289. proposuit: *pennalis* (deducendo a *penna*), quem secutus sum.

http://rcin.org.pl

Nam sicuti sancti (38) viri bonis operibus et miraculis celebrantur,

ita mundani reges et principes bellis triumphalibus et victorijs sublimantur.

Et sicut vitas sanctorum et passiones religiosum est in ecclesiis predicare,

ita gloriosum est, in scolis (39) vel in palacijs regum ac ducum triumphos vel (40) victorias recitare.

Et sicut vite sanctorum vel passiones ad religionem mentes fidelium instruunt (41) in ecclesijs predicate,

ita milicie vel victorie (42) regum atque ducum ad virtutem militum (43) animos accendunt in scolis (44) vel in capitoliis (45) recitate.

Sicut enim pastores ecclesie (46) fructum animarum querere debent spiritualem,

sic defensores (47) honorem patrie famamque dilatare student et gloriam temporalem.

(38) *sc̄i* = *sancti* lego, propter subsequens oppositum: *mundani*. Sed forsan siglum hoc *sicuti* indicat. Ed. Ged. p. 94. habet: *sicuti sancti*, quam lectionem amplexus sum, praeposuique: *sicuti*.

(39) *scholis*, ed. Ged. p. 94.

(40) *et* pro *vel*, ibid. ac in cod. Heilsb.

(41) *instruuntur* male habet cod. Gnesn.

(42) *vel victorie*, deest in ed. Ged. p. 94. et in cod. Heilsb.

(43) *atque* — — *militum*, desunt in ed. Ged. p. 94.

(44) *scholis*, ibid.

(45) *in palaciis*, ibid. et in cod. Heilsb. pro: *capitoliis*.

(46) *ecclesiarum*, ed. Ged. p. 94. et cod. Heilsb.

(47) *defersores* = deferentes, referentes, Kownacki legere audet p. 289.

http://rcin.org.pl

Oportet (48) enim dei ministros in hijs, que dei sunt, deo spiritualiter obedire,
et in hijs, que sunt cesaris, honorem et servicium mundi principibus exhibere.
Quid enim mirum? si viri triumphatores et incliti famam et gloriam appetunt ex virtute,
cum eciam Cleopatra, Cartaginis (49) regina, imperium Romanum, avida (50) laudis, transferre voluit; viri (51) audacia, non naturali sive feminea probitate.
Et si femina,
querens imperium, navali prelio superata,
morte terribili semetipsam perimere
maluit, quam servire,
quid est mirum? si patriam vel hereditatem paternam defendentes,
vel illatam iniuriam persequentes, (52)
in bello famosa, non venenosa, (53)
morte (54) magis appetunt interire,
quam ignominiose, suis obnoxiis, obedire.
Constat ergo ex hijs superius approbatis,
rebus gestis Polonorum principum in vacuum (55) non (56) recitatis,

(48) *Opus* pro *oportet*, ed. Ged. p. 94.
(49) *karthaginis*, cod. Heilsb.
(50) *ovidia*, cod. Heilsb.
(51) *virili*, ed. Ged. p. 94. *virili auda*, omissis duabus supremis substantivi syllabis, cod. Heilsb.
(52) *prosequentes*, ed. Ged. p. 94.
(53) venosa, habet codex Gnesn.
(54) *morte*, apposui ex ed. Ged. p. 94. quamvis desit haec vox in utroque codice.
(55) *in vacuum*, in ed. Ged. p. 94. omittuntur.
(56) *non* addendum esse censui, quamvis nec in codicibus nec in ed. Ged. reperiatur.

http://rcin.org.pl

constat quoque vestro iudicio confirmandum,

vero (57) presens opus (58) interprete recitandum.

Insuper illud, causa dei, causaque Polonie, provideat (59)

vestre discrecio (60) probitatis,

ne mercedem tanti laboris impediat

vel odium vel occasio mee cujuslibet vanitatis.

Nam si bonum et utile meum opus honori patrie a sapientibus iudicatur,

indignum est et inconveniens, si consilio quorundam artifici merces operis auferatur.

Explicit epistola. (1) *Incipit epilogus.* (2)

Deo vero laus et honor, regnum, virtus, gloria,

Pomorana subiugatur cuius (3) sub potencia.

Bolezlauo triumphanti salus et victoria. (4)

Ad honorem Jesu Christi referamus omnia,

*16

(57) *vero*, deest in ed. Ged. p. 94. et in cod. Heilsb.

(58) *vestro*, ed. Ged. p. 94. addit. v'o = vero, hoc loco ponit cod. Heilsb.

(59) *providebit*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(60) *discrecioni*, ed. Ged. p. 95.

(1) *prologus*, ed. Ged. p. 95. et cod. Heilsb.

(2) *ephilogū* = *epilogum*, habet cod. Gnesn.

(3) *omnis* pro *cujus*, Semler p. 46.

(4) *Nam Bolezlaus triumphanti sal' et victo.* cod. Gnesn. Amplexus sum lectionem codicis Heilsb. et ed. Ged. p. 59. ex quibus versum restitui.

http://rcin.org.pl

Qui gubernat totum mundum sua sapiencia.

Non hec fecit vis humana, sed neque milicia.

Bolezlauus obsidebat castrum antiquissimum,

Viris, armis, et (5) nature situ munitissimum,

Et ad dampnum sui regni periculosissimum;

Pomorani venientes obsessis (6) succurrere,

Jn incautos (7) obsessores preparant (8) irruere,

Sed, inani spe decepti, (9) sunt acti corruere. (10)

Per opaca (11) deviando, cuncti fere (12) pedites,

Fugiendi (13) ne spem ponant in caballis (14) milites,

Ex occulto per ignotos emersere tramites.

Bolezlauus dux, armatus, cum paucis militibus,

---

(5) *et*, addidi ex ed. Ged. p. 95. quod deest tamen in utroque codice.

(6) *obsessum*, ed. Ged. p. 95.

(7) *incautos*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *tantos*, cod. Gnesn.

(8) *properant*, ed. Ged. p. 95. et cod. Heilsb.

(9) *recepti*, cod. *decepti*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(10) *non optime* pro *corruere*, ed. Ged. ibid.

(11) *opaga*, habet cod. Gnesn.

(12) *fore*, = fore, vel forte. Cod. Gnesn. *fere*, ed. Ged. p. 95. *fore*, cod. Heilsb.

(13) *effugiendi*, est in cod. Gnesn. *fugiendi*, cod. Heilsb. et ed. Ged.

(14) *cabellis*, cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Scarbimirus palatinus cum collateralibus,
Septingenti conflixere cum XXX (15) milibus.
Namque nocte precedente fecerant excubias,
Et audito, quod venirent, miserant insidias.
Sic habebat dux transmissas huc et illuc copias. (16)
Illi vero recurvati ordinarunt (17) prelium,
(18) Hastis sunt circumquaque plectentes ericium,
Nec procedunt catervatim, sed stant per circinnium. (19)

---

(15) XXIX. ed. Ged. p. 95. XXIX*ta*. cod. Heilsb. in quo ultima syllaba *ta* probat: XXX scriptorem prae oculis habuisse.

(16) *copias*, addidi, quia omissa haec vox in cod. Gnesn. sed adest inred. Ged. p. 95. et in cod. Heilsb.

(17) *ordinavere*, cod. Heilsb.

(18) *copias*, vox supra addita, huc demum in cod. Gnesn. occurit incuria scribae.

(19) *Hastis sunt circumquaque prolectentes yricium Nec procedunt catervatim sed stant per tyncinnium* (vel *cyncirnium*) cod. Gnesn. *hastis st'* (vel *se'*) *circumquaque plectentes ericium, Nec procedunt catervatim sed stant per cincinium.* cod. Heilsb. Editor vero Ged. ponens p. 95. hoc loco *etc.* facillime soluit nodum. Reieci conjecturas, quae formari possunt, legendo: *prolectantes initium* (vel *irritium* = *irritamen, irritationem;*) ponendoque pro *circinnio, tironium* = genus aciei disponendae, quod, teste Carolo du Fresne, cum cuneo confundit Modestus, non ausus sum recedere nimium a codicibus, et posui ergo *circinnium* = *circulum*, vel *circinationem*. Cum vero du Fresne, (in glossario mediae et infimae Latinitatis) interpretetur *cincinium, cincinerium*, per

http://rcin.org.pl

Bolezlauus dux, de (20) tali causa satis callidus,

Transgirando vertit eos usquequaque providus,

Ut vir audax, bellicosus, atque laudis avidus.

Scarbimirus ex adverso se confert in medios,

Et hortatur et confortat ad pugnandum socios.

Tales, inquit, Pomorani! non sensistis gladios.

Sed quid plura? terga vertunt Pomorani prelio,

Neque fuit super illos tanta cedes alio. (21)

Septem castra conquisivit (22) dux de belli premio.

Jn hijs (23) collaudemus deum et sanctum (24) Laurencium,

---

umbellam, *umbraculum*, nil impedit, hac voce posita, modo (propter vocem subsequentem: *transgirando*) minus congruo, talem elicere sensum: Hastis plectunt (eformant densitate vel multitudine mucronum) ericium, nec procedunt ad pugnam acie justa, sed latitant in umbraculis silvarum et nemorum. *Ericius*, interprete du Fresne, erat machina infestis undique horrens telis.

(20) *illis causa satis callidis vel callidus*, quia ultima syllaba non liquet, cod. Heilsb. *illis cavens* pro *tali causa*, ed. Ged. p. 95.

(21) *Nec fuit tanta cedes super illos alio*, ed. Ged. p. 95. et cod. Heilsb.

(22) *acquisivit*, ed. Ged. ibid.

(23) *ergo*, addit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(24) *sanctum*, deest in ed Ged. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Die cuius sacrosancto factum est hoc prelium, (25)

Inde sibi fiat ibi dignum edificium.

Tam preclara Bolezlaui descripta victoria,

Assignetur cum Augusto pax et amicicia,

Confirmetur, sicut decet, fraterna (26) concordia;

Qua de causa, per quas partes, (27) imperator venerat,

Quanto fastu, qua virtute regnum hoc intraverat,

Quos (28) deponi, quos preponi, iamiam disposuerat.

Sed quid valet contra deum virtus (29) vel consilium?

Sine cuius nutu nil fit, nec movetur folium,

Qui convertit in convalles, si vult, iuga moncium.

Bolezlauus stat (30) in regno magnus dux et dominus,

Et paratus est ad bellum sicut leo cominus.

Qui resistit, superatur, sive fugit protinus.

---

(25) *commissum est prelium*, ed. Ged. p. 95. et cod. Heilsb.

(26) *fraterne*, ed. Ged. ibid.

(27) *per quas partes*, ed. Ged. p. 95 quorum verborum loco codices habent: *partes constat.*

(28) *proponi, quos deponi iam disp.* ed. Ged. p. 95. *quos deponi, quos preponi jam d.* cod. Heilsb.

(29) Kownacki habet non recte *victor* p. 292.

(30) *statim* pro *stat in*, ed. Ged. p. 95.

http://rcin.org.pl

Bohemenses! (31) quid tardatis colla vestra subdere?

Cum cernatis, ipsum regem Bolezlauo cedere.

Ut (32) sciatis: vos non posse viribus resistere.

Non est hostis, tanto duci congredi qui valeat,

Et qui parem profiteri sese palam audeat,

Nec vicinus, qui cum eo de pace non gaudeat,

Nam in hostes triumphator existit mirificus,

Erga cunctos cum honore dator est munificus. (33)

Vngarorum rex per eum consistit pacificus.

Non est tempus, quanta fecit, enarrandi singula,

Qui (34) noverunt, qui senserunt carceres et vincula.

Nos ad laudes, non ad fraudes, damus hic (35) munuscula.

---

(31) *Bomienses*, ed. Ged. p. 95.
(32) *hic* pro *ut*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(33) *mirificus*, cod. Heilsb.
(34) *Que*, cod. Heilsb.
(35) *haec* pro *hic*, ed. Ged. p. 95. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

INCIPIT III. LIBER DE GESTIS BOLEZLAUI III. (1)

CAPITULUM I.

Victoria de Pomoranis. (2)

Multis et innumerabilibus Bolezlaui III. gestis militaribus memorandis
intitulandum precipue: qualiter sancti Laurencii die contigerit Pomoranis,
utque repressa sit ira cesaris,
et ut impetuosis obstitum (3) fuerit Alemannis.

Quoddam namque castrum, nomine Nakel, in confinio Polonie ac Pomoranie, palludibus et opere firmum constat,
ad quod capiendum dux belliger, (4) cum exercitu suo sedens, armis et machinis laborabat.

Cumque oppidani, non posse tante multitudini resistere se, vidissent,
et cum tamen a suis auxilium principibus expectassent,
inducias quesierunt,
diemque certum indiderunt, (5)

(1) Inscriptio deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.
(2) Omnia desunt et hujus argumenti verba in cod. Heilsb. et in ed. Ged.
(3) *ostentum*, non recte, pro *obstitum*, ed. Ged. p. 96. et cod. Heilsb.
(4) *belligerator*, ed. Ged. p. 96.
(5) *constituerunt*, ed. Ged. p. 96.

http://rcin.org.pl

infra quem, si sui eos non iuvarent,
in potestatem (6) hostium et oppidum et se darent.

Inducie quidem (7) eos assultandi conceduntur,
sed apparatus tamen expugnandi minime differuntur.

Interim oppidanorum nuncii Pomoranorum exercitum convenerunt,
eisque paccionem suorum factam cum hostibus retulerunt.

Tunc vero Pomorani, audita legacione, stupefacti,
coniurant insimul, (8) pro patria vel se (9) mori vel victoriam de Polonis (10) adipisci.

Dimissis igitur equis,
ut, adequato periculo, fiducia et (11) audacia maior esset cunctis,
nullam viam vel semitam gradientes,
sed ferarum lustra condensaque (12) silvarum irrumpentes, (13)

---

(6) *potestate*, ed. Ged. ibid. et cod Heilsb.
(7) *assultandi eis*, ed. Ged. p. 96. et cod. Heilsb.
(8) *velle se*, addit ed. Ged. ibid. *vel se*, hoc loco ponit cod. Heilb.
(9) *vel se*, desunt ibid. *vel simul mori*, anon. Sommersb. I. p. 31.
(10) *contra Polonos*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(11) *atque* pro *et*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *cunctis et audacia major esset*, legunt codices, quae rhythmi causa transposui.
(12) *et condensa*, ed. Ged. p. 96. ac cod. Heilsb.
(13) *interrumpentes*, ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

non in die statuto,
sed in sancti Laurencii sacrosancto, (14)
quasi sorices de latibulis emerserunt,
indicioque suo, (15) non humana, sed manu divina, perierunt.

Gloriosus deus in sanctis suis, venerabilis enim dies sancti Laurencii martiris (16) existebat,
et in illa hora Christianorum concio (17) de missarum solempnijs exibat,
et ecce subito barbarorum exercitus ibi eominus imminebat. (18)
Martir Laurenti!
Populo succurre merenti!
Quid nunc facient (19) Christiani?
Quo se vertent (20)? Exercitus hostium improvisus,
acies ordinandi non est (21) tempus,
ipsi pauci, hostes multi, fuga tarda, nunquam placita Bolezlauo. (22)

---

(14) *die*, repetit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(15) Codex Gnesn. non recte habet: *inditusque sunt.* Romani dicere amabant: *egomet meo indicio, quasi sorex, hodie perii.* Terent. Eun. V. 6. 23. Ed. Ged. p. 96. et cod. Heilsb. ponunt loco horum verborum: *totaliterque.*
(16) *martiris* deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.
(17) *conscio*, errore lapsus scriba cod. Gnesn.
(18) *v'*. siglum, hoc loco in codice Gnesn. tale positum, indicat: *versus.*
(19) *Quid plura? quid faciant etc.* ed. Ged. p. 96. et cod. Heilsb.
(20) *vertant*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(21) *est*, deest ibid. et in cod. Heilsb.
(22) Iterum adest *v'* = *versus*, in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Martir Laurenti!
Populo vim tolle furenti!

Igitur militibus, quotquot erant, in duobus tantum (23) agminibus ordinatis,

alterum agmen rexit ipse belliger Bolezlauus, alterum vero eius signifer Scarbimirus. (24)

Nam cetere multitudinis (25) alii pabulum equorum, alii victualia queritabant,

alij vero vias ac tramites (26) et adventum hostium (27) observabant.

Nec mora Bolezlauus impiger educit (28) agmina, sic verbis paucissimis comonendo:

Vestra probitas,
et imminentis periculi necessitas,
amorque patrie magis, quam oracio mea, (29) vos, invictissimi iuvenes! exhortentur.
Hodie, deo favente,
sanctoque Laurencio deprecante,
Pomoranorum ydolatria,
ac militaris superbia
nostris ensibus conteretur.

---

(23) *tamen* pro *tantum*, ed. Ged. p. 96.

(24) *Scarbuzerus*, anon. Sommersb. I. p. 31. *Scarbennerus*, Zusätze zur Hist: u. Geneal. v. Schlesien I. p. 15.

(25) *multitudini*, Gnesn. cod. *ceterum* a *multitudine*, omissa voce *Nam*, ed. Ged. p 96. *ceterum multitudini*, cod. Heilsb.

(26) *intramites*, habet cod. Gnesn. culpa scribae, qui pro *ac* legit *in*. Ed. Ged habet *et tramites*, p. 96. et sic et cod. Heilsb.

(27) *hostium*, addidi ex ed. Ged. p. 96. et cod. Heilsb.

(28) *adducit*, ed. Ged. p. 96.

(29) *uia* = *uiam*, cod. Gnesn. *mea*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Nec plura locutus, cepit hostes in circuitu transgirare,

quia sic in terra hastas suas, versis cuspidibus in hostes, affixerant,

seseque (30) simul constipaverant,

quod nullus poterat ad eos virtute, nisi cum ingenio, (31) penetrare.

Erant enim, ut dictum est superius, pedites fere cuneti,

nec ad prelium more Christianorum ordinati,

sed, sicut lupi insidiantes ovibus, in terra (32) poplitibus (33) recurvati.

Dumque (34) magis impiger Bolezlauus circumquaque volitare

videretur, quam currere,

transversis in eum hostibus, Scarbimirus, intrandi locum inveniens,

ex adverso non differt (35) in cuneos diucius confertissimos penetrare.

Penetratis itaque barbaris ac vallatis, acriter (36) inprimis resistunt, (37)

sed coacti tandem fugam petunt.

---

(30) *que*, deest. in ed. Ged. p. 96. et in cod. Heilsb.

(31) *jactura*, ed. Ged. ibid. *cum ingeni*, neminem fugit, o scribam omisisse in cod. Heilsb.

(32) *terram*, ed. Ged. p. 96. et cod. Heilsb.

(33) *poblicibus*, non bene habet cod. Gnesn.

(34) *cumque*, ed. Ged. p. 96.

(35) *differt*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *differet*, cod. Gnesn.

(36) *ipsi* pro *acriter*, ed. Ged. p. 96. et cod. Heilsb.

(37) *resistebant*, ed. Ged. ibid.

http://rcin.org.pl

De Christianis ibi quidam (38) probi milites cadunt,
paganorum vero de XL milibus decem (39) milia vix evadunt.
Testor deum, ope cujus, sanctumque Laurencium, prece cuius facta fuerit (40) ista cedes,
admirabantur, qui aderant, quomodo (41) tam subito a militibus minus mille peracta fuerit (42) tanta strages.
Dicuntur (43) enim ipsi Pomorani certo numero computasse,
de suis ibi XXVII. milia corruisse,
quod in paludibus interessent, (44)
nec illi quidem sic evadere potuissent.
Oppidani vero videntes, se totam (45) spem amisisse,
nec auxilium aliunde vel a quolibet expectare,
civitatem, vita donata, reddiderunt.
Audientes autem hec de sex alijs castellis oppidani, (46) consilium itidem (47) inierunt,
se ipsos videlicet municionesque tradiderunt.

---

(38) *quidam*, deest ibid. et in cod. Heilsb. *pauci probi mil.* anon. Sommersb. I. 31.
(39) XI. Zusätze zur Hist. u. Geneal. v. Schles. I. p. 15.
(40) *fuit*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(41) *quod* pro *quomodo*, ed. Ged. ibid. *quoque*, cod. Heilsb.
(42) *peracti fuit*, cod. Heilsb.
(43) *Dicunt*, ed. Ged. p. 96.
(44) *interiissent*, ed. Ged. p. 97. *interessent*, codices.
(45) *sic*, addit ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(46) *quidam ibidem* pro *oppidani*, ed. Ged. p. 97. et cod. Heilsb.
(47) *itidem*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM II.

Epistola imperatoris ad regem Bolezlauum. (1)

Dum hec aguntur, (2) Henricus imperator IIII,

Rome nondum coronatus, secundo quidem anno coronandus,

cum verbis huiuscemodi Bolezlauo legacionem premisit,

cum exercitu violenti (3) Poloniam invasurus, dicens: (4)

Jndignum est enim (5) imperatori, legibusque Romanis inhibitum (6), fines hostis, presertimque sui militis, prius (7) hostiliter introire,

quam eum sciscitari de pace, si voluerit obedire,

vel de bello, si restiterit, (8) ut se premuniret. (9)

---

(1) Jnscriptioni praeposui tantum numerum capituli, quae legitur quoque in ed. Ged. p. 97. et in codicibus.
(2) *Cum hec ita geruntur*, ed. Ged. p. 97. et cod. Heilsb.
(3) *violento modo*, ed. Ged. p. 97.
(4) *dicens*, deest in cod., recepi hanc vocem ex ed. Ged. p. 97.
(5) *enim*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.
(6) *prohibitum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(7) *prius*, deest in ed. Ged. p. 97. et in cod. Heilsb.
(8) *resisterit*, cod. Gnesn.
(9) *valeat premunire*, ed. Ged. p. 97. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Quapropter aut oportet te, fratrem tuum (10) in regni medietatem (11) recipere,

mihique CCC. marcas annuatim tributarias, vel totidem milites in expedicionem, dare,

vel mecum, si vales ense, Polonorum regnum dividere.

Ad hec Bolezlauus, dux septentrionalis, respondit: Si pecuniam nostram vel Polonos milites pro tributo requiris,

si libertatem nostram non defendimus, pro feminis nos habeamus, (12) non pro viris.

Hominem vero sediciosum recipere,

vel unicum (13) cum eo regnum dividere,

non me coget ullius violencia potestatis,

nisi meorum commune consilium et arbitrium mee proprie voluntatis.

Quod si bonitate, non ferocitate, pecuniam vel milites in auxilium Romane ecclesie postulasses,

non minus (14) auxilii vel consilii forsan apud nos, quam tui antecessores apud nostros, impetrasses. (15)

Ergo provideas, cui minaris.

Bellum invenies, si bellum vis. (16)

CAPI-

---

(10) *exulem nondum victum duello, ut predicitur,* anon. Sommersb. I. p. 31.

(11) *medietate*, codices; *medietatem*, ed. Ged. p. 97.

(12) *habeas*, ed. Ged. p. 97. et cod. Heilsb.

(13) *unum*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(14) *consilii, quàm auxilii*, ed. Ged. p. 97. *consilii vel auxilii*, cod. Heilsb.

(15) *impetrares*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(16) *bellatis*, non recte habet cod. Gnesn. *Invenies bellum, si bellaris*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM III.

Belli cum Henrico initium. (1)

Ex qua responsione cesar per nimium ad iracundiam provocatus,

(2) talia mente concipit, talemque viam incipit:

minime (3) non exibit, neque redibit,

nisi se ipso, suoque dampno quam maximo, (4) castigatus.

Zbigneus quoque cesarem, iratum ex hoc, multo magis incitabat,

quia paucos de Polonis sibi resistere promittebat.

Jnsuper eciam Bohemi,

vivere predis et rapinis assveti,

cesarem Poloniam intrare animabant,

quia (5) se scire vias et tramites per silvas Polonie iactitabant.

17

(1) Jn codicibus atque in ed. Ged. p. 97. non solum inscriptio et numerus capituli hoc loco frustra quaeruntur, sed nullum quoque cernitur spatium vacuum, indicans novum articulum.

(2) *talia — — castigatus*, desunt in ed. Ged. p. 97. quae ponit loco horum verborum: *etc.*

(3) *unu'* = *unum* (unus? verum? forsan.) cod. Heilsb.

(4) *maxime*, cod. Heilsb.

(5) *quia — — iactitabant*, desunt in ed. Gd. p. 97.

http://rcin.org.pl

Cesar ergo talibus monitis et consiliis, superandi (6) Poloniam, in spem ductus,
ingrediens, Bytomque (7) perveniens, in hijs omnibus est seductus. (8)
Namque castrum Bytom sic armatum, sicque munitum aspexit,
quod (9) Zbigneum (10) iratus cum verbis indignacionis respexit. (11)
Zbigneue! cesar inquit, (12) sic te Poloni pro domino recognoscunt! (13)
sic fratrem (14) relinquere, tuumque dominium sic deposcunt!
Cumque castrum Bytom municione,
situque (15) nature, et aquarum circuicione,

---

(6) *superatus* pro gerundio, ed Ged. p. 97. et cod. Heilsb.
(7) Anon. Sommersb. I. p. 31. et Zusätze zur Hist. u Geneal. v. Schlesien. I. p. 15. monent: hoc castrum, non versus Cracoviam, sed prope Glogoviam majorem situm fuisse.
(8) *seductus* (*seductas* errore typographico) ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. *reductus*, cod. Gnesn.
(9) *Namque castrum — — aspexit, quod*, desunt hoc loco et infra demum sequuntur in ed. Ged. p. 97. et in cod. Heilsb.
(10) *Zbigneumque cesar iratus*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(11) *respexit, quod castrum Bytom sic armatum, sic munitum aspexit*, hoc loco demum transponit verba, supra impressa, ed. Ged. p. 97. et cod. Heilsb.
(12) *Zbignee!* repetit nomen ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(13) *regni cognoscunt*, ed. Ged. ibid.
(14) *tuum relinquunt et tuum dominium*, ed. Ged. ibid. *sic fratrem tuum relinquere et tuum d. s. d.* cod. Heilsb.
(15) In codice Gnesn. *sinuque* scriptum esse videtur,

http://rcin.org.pl

inexpugnabile, cum aciebus ordinatis preterire voluisset, quidam de suis famosi milites ad castrum declinaverunt,

volentes in Poloniam suam miliciam comprobare, viresque Polonorum et audaciam experiri. At contra castellani, portis apertis, et extractis ensibus, exierunt,

nec multitudinem tam diversarum gencium,

nec impetum Alemanorum,

nec presenciam cesaris metuentes,

sed in frontibus eius (16) audacter ac viriliter resistentes.

Quod considerans imperator, vehementer est miratus:

homines scilicet (17) nudos contra clipeatos,

vel clipeatos (18) contra loricatos,

nudis ensibus decertare,

et tam alacriter ad pugnam, velut ad epulas, properare.

Tunc quasi suorum presumpcioni militum indignans, suos balistarios et sagittarios illuc misit, quorum terrore (19) castellani saltim sic cederent,

et in castrum sese reciperent. (20)

17*

quia post lit. s. sequuntur quinque lineolae ductae, quae legi possunt vel *inu*, vel *um*, vel *imi*, et sic porro.

(16) *eis*, ed. Ged. p. 97. et cod. Heilsb.

(17) *scilicet*, deest in ed. Ged. p. 97. et in cod. Heilsb.

(18) *vel clipeatos*, deest in ed. Ged. p. 97. et in cod. Heilsb.

(19) *terrori*, ed. Ged. ibid.

(20) *et — — reciperent*, desunt in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

At Poloni pyla vel sagittas, que (21) undique volitabant,
quasi nivem vel guttas pluvie computabant.
Jbi vero cesar primum Polonorum audaciam comprobavit,
quia (22) suos inde cunctos non incolumes revocavit.
Nunc autem paulsisper cesarem spaciari per silvas Polonie permittamus,
donec draconem flamivomum de Pomorania reducamus.

CAPITULUM IV.

Bolezlauus parat bellum. (1)

Igitur impiger Bolezlauus in Pomorania superato prelio supradicto,
septemque castellis acquisitis, audito pro certo,
quod cesar Poloniam introisset, viris et equis obsessione diutina fatigatis,
quibusdam militum interemptis,

(21) *que*, deest quidem in cod. Gnesn., sed adest in ed. Ged. p. 98. et in cod. Heilsb.
(22) *cunctos suos inde non reuocavit incolumes*, ed. Ged. p. 98. et cod. Heilsb.
(1) Argumentum hoc deest in codicibus et in ed. Ged. p. 98.

http://rcin.org.pl

quibusdam eciam sauciatis,
alijsque domum cum eis dimissis,
cum quibus potuit, equitavit,
et obstruere transitus et vada fluminis Odre, (2) modis omnibus comendavit. (3)

Obstrusa sunt itaque loca, quecunque (4) poterant vel sicco flumine transvadari,
vel si qua (5) poterant ab ipsis incolis occulta forsitan attemptari. (6)

Quosdam etiam probos milites ad (7) Glogow et ad fluminis transitus observandos premisit, qui cesari tamdiu resisterent,
donec, ipso succurrente super rippam fluminis, aut omnino victoriam obtinerent,
aut saltim, eum ibi detinendo, exercitum et auxilium expectarent.

Jbi vero Bolezlauus, non longe remotus a Glogow, cum exercitu parvo stabat,
nec (8) mirum, quia suos diutissime fatigaverat. (9)

Jbi rumores et legaciones audiebat,
ibi suum exercitum expectabat,

---

(2) *Oder*, ed. Ged. p. 98.
(3) *demandavit*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(4) *quousque*, ed. Ged. ibid.
(5) *quando* pro *qua*, ed. Ged. ibid.
(6) *attentari*, ed. Ged. p. 98.
(7) *ad*, utramque praepositionem, quae deest in codice Gnesn. habet ed. Ged. p. 98. et cod. Heilsb.
(8) *neque* pro *nec*, ed. Ged. p. 98. et cod. Heilsb.
(9) *fatigaverit*, cod. Gnesn. *fatigaverat*, ed. Ged. ibid. *fatigarat*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

inde exploratores huc illucque transmittebat,

inde camerarios pro suis et pro Ruthenis (10) et Pannonicis delegabat.

CAPITULUM V.

Obsidio Glogoviae. (1)

Cesar autem, iter faciens, non sursum sive deorsum, vada tentando (2), declinavit,

sed iuxta civitatem Glogow cum impetu per locum inestimabilem, (3) nullo prius ibi transitum (4) presciente,

nulloque sibi resistente,

cum densis agminibus et armatis, non preparatis civibus, transvadavit

per illum locum,

nunquam castellanis dubitantibus, nec sperantibus dubitandum.

Erat enim sancti Bartholomei apostoli dies festus, quando cesar fluvium transiebat,

et tunc totus civitatis populus divinum officium audiebat.

---

(10) *Pruthenicis*, non recte anon. Sommersb. I. p. 32.

(1) Deest argumentum et in ed. Ged. p. 98. et in codicibus.

(2) *temptando*, codices; *tentando*, ed. Ged. ibid.

(3) *inestimabile*, cod. Gnesn.

(4) *faciente vel presciente*, ed. Ged. p. 98. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Unde constat, quia securus et sine periculo transivit,

predamque multam et homines et eciam tentoria circa opidum acquisivit.

Eorum quoque plurimi, qui castrum defendere venerant,

et extra castrum in tentorijs residebant,

a cesare (5) castrum sunt intrare prohibiti,

quidam ibi subito retenti, (6) quidam vero fuga subveniente (7) liberati.

Quorum unus Bolezlauo fugiens obviavit,

qui cuncta, que contigerant, enarravit.

Tunc vero Bolezlauus non, sicut lepus formidolosus, evanuit,

sed suos, sicut miles animosus, ammonuit (8):

O fortissimi milites! inquiens, in multis mecum bellis et expedicionibus fatigati,

nunc quoque mecum estote, pro libertate Polonie, vel mori vel vivere preparati! (9)

Ego quidem iam (10) cum tam parva manu prelium libens contra cesarem inirem,

si scirem pro certo, quod eciam, ibi me moriente, discrimen patrie diffinirem,

---

(5) *in* praeponunt ed. Ged. p. 98. et cod. Heilsb.

(6) *detenti*, ed. Ged. p. 98. et cod. Heilsb.

(7) *subveniente*, ed. Ged. ibid. *fugam subveniente*, cod. Heilsb. *subvenienti*, cod. Gnesn.

(8) *admonuit*, ed. Ged. ibid.

(9) *preparate*, cod. Gnesn. *preparati*, ed. Ged. p. 98. et cod. Heilsb.

(10) *iam*, deest ibid. adest vero in cod. Heilsb. qui tamen *cum* omittit.

http://rcin.org.pl

sed quoniam ad unum de nostris restant de hostibus plus quam centum (11),

hic est honestius resistendum, quam illuc, cum paucis eundo, presumptuose moriendum;

hic enim nobis resistentibus,

eisque transitum prohibentibus,

satis pro victoria reputabitur. Hec dixit,

et rivulum, super quem stabat, (12) arboribus cesis obstruere cepit.

CAPITULUM VI.

Induciae Glogoviensium. (1)

Interim vero cesar a Glogoviensibus obsides tali (2) condicione sub iureiurando recepit, (3)

quod si pacem vel aliquam paccionem infra spacium V. dierum missa legacione cives efficerent,

reddita responsione, vel (4) pace composita vel prohibita, cives tamen suos obsides rehaberent.

(11) *restant hostibus plus quam certum*, ed. Ged. p. 98.
(12) *ripam, super quam stabat*, ed. Ged. p. 98.
(1) Inscriptio deest et in ed. Ged. p. 99. et in codicibus.
(2) *cum* pro *tali*, ed. Ged. p. 99. et cod. Heilsb.
(3) *accepit*, cod. Heilsb.
(4) *cum* pro *vel*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 99. *responsione de pace* etc. anon. Sommersb. 1. p. 32.

http://rcin.org.pl

Et hoc utique per ingenium factum fuit. Ob hoc utique cesar obsides cum iuramento recepit,

quia per eos civitatem, licet cum periurio, consequi se reputavit.

Ob hoc etiam (5) Glogovienses illos obsides posuerunt,

quia loca civitatis interim, vetustate consumpta, munierunt.

CAPITULUM VII.

Induciae rumpuntur. (1)

At (2) Bolezlauus, audita legacione de datis obsidibus, indignatus,

crucem civibus, si propter (3) ipsos castrum reddiderint, est minatus,

adiciens: esse (4) melius et honestius, et cives et obsides gladio pro patria morituros,

quam, facta dedicione, vitam inhonestam redimentes alienis gentibus servituros.

---

(5) *etiam*, deest in ed. Ged. p. 99. et in cod. Heilsb.

(1) Argumentum iterum deest in ed. Ged. p. 99. ac in codicibus.

(2) *Et* pro *at*, ed. Ged. ibid.

(3) *per*, loco praepositionis *propter*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilso.

(4) *esset*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Recepta responsione (5), cives, Bolezlauum pacem sic fieri nolle, referunt,

obsidesque suos, sicut iuraverant, (6) requirunt.

Ad hec cesar respondit: Obsides quidem, si mihi castrum reddideritis, non tenebo,

sed si rebelles fueritis, et vos et obsides iugulabo.

Contra castellani: (7) Tu quidem in obsidibus et periurium poteris et homicidium perpetrare,

sed per (8) ipsos, quod (9) requiris, scias, te nullatenus impetrare.

CAPITULUM VIII.

Oppugnacio castri Glogoviensis. (1)

His dictis, cesar instrumenta fieri,

arma capi, legiones dividi, civitatem vallari,

(5) *reversione*, ed. Ged. p. 99. et cod. Heilsb. pro *responsione*.

(6) *sicut cesar jaraverat*, anon. Sommersb. I. p. 32.

(7) *castellum*, non bene in Gnesn. cod. *castellani*, ed. Ged. p. 99. et cod. Heilsb.

(8) *per*, in margine cod. Gnesn. adscriptum, eadem, ut videtur, manu.

(9) *que* pro *quod*, ed. Ged. p. 99.

(1) Omnia argumenti verba denuo desunt et in ed. Ged. p. 99. et in codicibus.

http://rcin.org.pl

signiferos tubis (2) canere, precepit,

et urbem undique ferro, flamma, machinis, expugnare (3) cepit.

E contrario (4) cives se ipsos per portas et turres dividunt,

propugnacula muniunt,

instrumenta parant,

lapides et aquam super portas et turres comportant.

Tunc imperator, civium animos pietate filiorum et amicorum existimans posse (5) flecti,

precepit nobiliores ex obsidibus (6) ipsius civitatis, et (7) filium comitis, super machinas colligari,

sic reputans, sibi sine sanguine civitatem aperiri.

At castellani non plus filijs vel propinquis quam Bohemis vel Alemannis parcebant,

sed eos abscedere a muro lapidibus et (8) armis coercebant.

Videns autem imperator, quod tali nunquam ingenio civitatem superaret,

nec unquam a proposito civium animos revocaret,

---

(2) *tuba*, ed. Ged. ibid. *signiferos prefici, tubis canere*, anon. Sommersb. l. p. 32.

(3) *oppugnare*, ed. Ged. ibid.

(4) *Contra* pro *e contr.* ed. Ged. ibid. *E contra*, codices.

(5) *posse*, deest in ed. Ged. p. 99. et in cod. Heilsb.

(6) *oppidibus*, cod. Gnesn.

(7) *et*, deest in codicibus, addidi ex ed. Ged. p. 99. de obsidibus meliores et signanter filium cujusdam comitis, qui tunc castellaniam tenebat, etc. Anon. Sommersbergii l. p. 32.

(8) *vel* pro *et*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

viribus et armis obtinere nititur,
quod ingenio denegatur.
Igitur undique castrum appetitur,
et utrimque (9) clamor ingens atollitur.
Theutonici castrum impetunt,
Poloni se (10) defendunt,
undique tormenta moles emittunt,
baliste crepant,
iacula (11) sagitte per aera (12) volant,
clipei perforantur,
lorice penetrantur, (13)
galee quassantur, (14)
mortui corruunt,
vulnerati cedunt,
eorum (15) loco sani succedunt.
Theutonici balistas intorquebant,
Poloni tormenta cum balistis,
Theutonici sagittas, Poloni jacula cum sagittis,
Theutonici fundas cum lapidibus rotabant,
Poloni lapides molares cum sudibus preacutis, Theutonici, trabibus (16) protecti, murum subreptabant, (17)

(9) *inter utrosque*, pro *utrinque*, ed. Ged. p. 99. et cod. Heilsb.
(10) *sese*, ed. Ged. p. 99.
(11) *tela et* pro *jacula*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(12) *aerem*, ed. Ged. ibid. errore sane typographi.
(13) *perpenetrantur*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(14) *cassides quaciuntur* loco: *gallee quassantur*, ed. Ged. p. 99. et cod. Heilsb.
(15) *eorumque*, ed. Ged. p. 99.
(16) *tractibus*, cod. Gnesn.
(17) *subruere tentabant*, ed. Ged. p. 99. *subire temptabant*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Poloni vero ignem comburentem, aquamque ferventem, illis pro balneo (18) temperabant,

Theutonici arietes ferreos turribus subducebant,

Poloni vero rotas calibe (19) stellatas desuperius (20) evolvebant,

Theutonici scalis erectis superius ascendebant,

Poloni cum uncis affixos ferreis eos in aera suspendebant.

CAPITULUM IX.

Vulnera et cadavera Allemani pro tributo auferunt. (1)

Interea Bolezlauus die noctuque (2) non cessabat,

sed quoscunque, (3) de castris exeuntes pro victualibus, agitabat,

(18) *ipsis prebebant, nec temperabant*, ed. Ged. ibid. *ipsis pro balneo temperabant*, cod. Heilsb.

(19) *calliberetas*, non recte cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 99. Semlerus p. 46. ex anon. Sommersb. p. 32. jam correxit hunc locum.

(20) *desuperius*, deest in ed. Ged. ibid. et in cod. Heilsb.

(1) Argumentum deest quoque in ed. Ged. p. 99. non solum in codicibus.

(2) *nocteque*, ed. Ged. p. 99. et cod. Heilsb.

(3) *q̃que*, codices, forsan quandoque, quod repugnat adverbio sequenti *frequenter*, licet hoc ad verbum *territabat* referamus. Ed. Ged. p. 99. habet: *quandoque.*

http://rcin.org.pl

frequenter etiam ipsius castra cesaris territabat,

modo huc modo illuc, predatoribus vel combustoribus insidiando, cursitabat.

Talibus ergo modis cesar multisque diebus civitatem capere nitebatur, (4)

nec aliud quam carnem humanam suorum cottidie (5) recentem lucrabatur.

Cottidie namque viri nobiles ibi perimebantur,

qui, visceribus extractis, sale vel aromatibus conditi,

in (6) Bavariam ab imperatore (7) vel Saxoniam portandi,

pro tributo, Polonis (8) curribus onustis, servabantur.

---

(4) *nitebatur capere*, codices habent, quae transposui.
(5) *cottidie*, deest in ed. Ged. p. 100. et in cod. Heilsb.
(6) *Moraviam aut Bohemiam aut Saxoniam portabantur*. Anon. Sommersb. I. p. 32.
(7) *in Bajoariam ad imperatorem*, ed. Ged. p. 100. et cod. Heilsb.
(8) *Polono*, ed. Ged. ibid. *Polonis*, codices ambo.

CAPI-

http://rcin.org.pl

CAPITULUM X.

Terror panicus Allemanorum, de capite et cauda lacessitorum. (1)

Cumque vidisset cesar, quia, nec (2) armis, nec minis,
nec muneribus, nec promissis,
cives flectere, neque diucius ibi stando quidquam proficere (3) potuisset,
inito consilio contra Wratislaviensem urbem castra movit,
ubi (4) quoque vires Bolezlaui et ingenium recognovit.
Nam quocunque cesar se vertebat,
vel ubicunque castra vel staciones faciebat,
Bolezlauus quoque, quamquam posterius, incedebat,
semperque vicinus stacioni cesaris persistebat. (5)
Cumque cesar, iter faciens, sua castra dimovebat,
Bolezlauus quoque comes itineris existebat,

(1) Verba argumenti ubicunque desunt, ut in praecedentibus capitibus.
(2) *non* pro *nec*, ed. Ged. p. 100. et cod. Heilsb.
(3) *ibi perficere*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb. repetunt.
(4) *ibi* pro *ubi*, ed. Ged. p. 100. et cod. Heilsb.
(5) *presistebat*, cod. Heilsb., quia p̄ lineola superposita notatum, quod *prae*, non *per* significat compendio scripturae.

http://rcin.org.pl

et si quiscunque (6) de ordinibus exibat, (7)
redeundi statim memoriam amittebat,
et si, quanquam (8) plures, victualia vel pabulum equorum querentes, freti multitudine, longius a castris procedebant,
inter eos et exercitum Bolezlauus se statim medium opponebat,
et sic predam cupientes (9) ipsi quoque Bolezlaui predam (10) faciebant. (11)
Unde tantum ac (12) talem exercitum ad tantum pavorem redegerat,
quod etiam ipsos Bohemos, naturaliter raptores, vel sua bona (13) manducare vel ieiunare coegerat.
Nullus enim exire de castris audebat,
nullus armiger herbam colligere, nullus eciam ad ventrem purgandum ire, (14) ultra constitutas custodum acies, (15) presumebat.
Die noctuque (16) Bolezlauus timebatur,
ab omnibus in memoria habebatur,
Bole-

(6) *quisquam*, ed Ged. p. 100. et cod Heilsb.
(7) *exiebat*, codices.
(8) *quoque* pro *quanquam*, ed. Ged. ibid.
(9) *cupientes* posuit in margine eadem vel coaeva manus, quia *capientes* erat scriptum in contextu cod. Gnesn.
(10) *preda*, codices.
(11) *preda fiebant*, ed. Ged. p. 100. et cod. Heilsb.
(12) *et* pro *ac*, ibid. et in cod. Heilsb.
(13) *bona*, deest ibid. in ed. Ged. et in cod. Heilsb.
(14) *ire*, deest in ed. Ged. p. 100. et in cod. Heilsb.
(15) *prodire*, ed. Ged. ibid. addit.
(16) *nocteque*, ibid. et in cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Bolezlauus non (17) dormiens vocabatur.

Si silvula, si frutectum (18) erat, (19) cave tibi! ibi latitat! clamabatur.

Non erat locus,

ubi non putaretur Bolezlauus.

Taliter eos assidue fatigabat,

quandoque de capite, quandoque de cauda, sicut lupus, aliquos rapiebat,

quandoque (20) vero a lateribus insistebat.

Sicque milites armati cottidie procedebant,

et assidue Bolezlauum quasi presentem expectabant.

Jn nocte quoque cuncti loricati dormiebant,

vel in stacionibus resistebant,

alii vigilias faciebant,

alii castrum (21) nocte continua circuibant,

alii, vigilate! cavete! (22) custodite! clamabant,

alij cantilenas de Bolezlaui probitate decantabant, (23)

hoc modo: (24)

(17) quamvis sit .n. litera nempe *n* inter duo puncta posita, significans in Gnesn. cod. ubicunque *enim*, posui *non*, quam negationem sistit et ed. Ged. p. 100. et cod. Heilsb.

(18) *frucetum*, ed. Ged. ibid.

(19) *erat*, deest ibid. et in cod. Heilsb.

(20) *aliquando*, ed. Ged. p. 100. et cod. Heilsb.

(21) *castra*, ed. Ged ibid. et cod. Heilsb.

(22) *cauete*, deest ibid. et in cod. Heilsb.

(23) *cantabant*, ed. Ged. p. 100. et cod. Heilsb.

(24) *etc.* exhibet adhuc cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XI.

Cantilena Allemannorum in laudem Bolezlaui. (1)

Bolezlaue! Bolezlaue! dux gloriosissime!
Tu (2) defendis terram tuam quam studiosissime.
Tu non dormis, nec permittis nos dormire paululum,
Nec per diem, nec per noctem, nec (3) per diluculum.
Et cum nos te putaremus (4) de terra propellere,
Tu nos tenes ita, quasi (5) conclusos in carcere.
Talis princeps debet regnum atque terram regere,
Qui cum paucis tot et tantos ita scit corrigere. (6)

(1) Paprocki (Herby rycerztwa Polsk. Krak. 1584. tit. o orle) primus omnium edidit hanc cantilenam, ex *anonimo quodam*, ut monet, descriptam. Inscriptio iterum et in ed. Ged. p. 100. desideratur et in codicibus.
(2) *cum* pro *tu*, ed. Ged. p. 100.
(3) *neque*, ed. Ged ibid. et cod. Heilsb.
(4) *putemus*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(5) *quam*, Papr.
(6) Hic versus omissus desideratur in Paprocio.

http://rcin.org.pl

Quid? si forte (7) suos omnes simul congregaverit, (8)
Nunquam cesar sibi bello resistere poterit.
Talem virum condeceret regnum et imperium,
Qui cum paucis sic domabat tot catervas hostium,
Et cum (9) nondum recreatus sit de Pomorania,
Sic per eum fatigatur nostra (10) contumacia. (11)
Et cum illi cum triumpho sit eundum obviam,
Nos e contra cogitamus expugnare patriam (12).
Ipse quidem cum paganis bella gerit licita,
Sed nos contra Christianos gerimus illicita.
Unde deus est cum eo, faciens victoriam,
Nobis vero juste reddit inlatam (13) iniuriam.

18.

(7) *Qui forte si*, ed. Ged. p. 100. *Qui si forte*, cod. Heilsb.
(8) *congregavit*, ed. Ged. ibid.
(9) *qui* pro *cum*, Papr.
(10) *turme* pro *nostra*, Papr.
(11) *nostra nunc audacia*, ed. Ged. p. 100. proprio Marte, pro lubitu mutans cod. Heilsb.
(12) *Nos ejus cogitemus expurgare potenciam.* Papr. *Nec*, cod. Heilsb.
(13) *illatam*, ed. Ged. p. 101. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XII.

Imperator pacem implorare coactus. (1)

Quidam vero viri, nobiles et discreti, hec (2) audientes,
mirabantur, inter se referentes: (3)
Nisi deus hunc hominem adiuvaret,
nunquam tantam de paganis victoriam ei daret,
neque nobis ita viriliter contra staret;
et ni deus eum ita potencialiter exaltaret,
nunquam eum noster populus sic laudaret.
Sed deus secreto forsan consilio hec (4) agebat,
qui laudem (5) cesaris ad Bolezlauum transferebat,
vox enim populi semper solet voci dominice convenire.
Numne constat? (6) dei voluntati populum cantantem obedire.
Cesari vero cantilena populi displicebat,
eamque cantari (7) sepissime prohibebat,

(1) Desunt in ed. Ged. p. 101. et in codicibus.
(2) *hoc*, ed. Ged. p. 101. *hec*, codices.
(3) *dicentes*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.
(4) *hoc*, ed. Ged. p. 101. et cod. Heilsb.
(5) *laudes*, ibid. et in cod. Heilsb.
(6) *convenire*, *constatque* ed. Ged. ibid. *Vnum constat*, cod. Heilsb.
(7) *cantari*, ed. Ged. p. 101. et cod. Heilsb. *cantanti*, cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

sed eo magis ad tantam procacitatem populum permovebat. (8)

Cesar vero, exemplis
et operibus recognoscens,
quia, (9) frustra laborando, populum affligebat,
nec divine voluntati resistere valebat,
aliud secrecius cogitavit,
et aliud se facturum simulavit. (10)

Perpendebat utique, (11) quia tantus populus sine preda diucius (12) vivere nequibat,
et quia Bolezlauus eos (13) assidue, sicut leo rugiens, circuibat.

Equi moriebantur,
viri vigilijs, labore, fame, cruciabantur,
silve condense,
paludes tenaces,
musce pungentes,
sagitte acute,
rustici mordaces,
compleri propositum non sinebant. (14)

Unde se Cracow simulans ire velle, legatos de pace Bolezlauo misit,

---

(8) Jn cod. Gnesn. scriptum esse videtur: *populi pro eo commovebat.* — *ꝑpli procommovebat*, cod. Heilsb.
(9) *quod* pro *quia*, ed. Ged. p. 101.
(10) *et ad sci ſctur simulatur*, cod. Heilsb. corruptam exhibet lectionem.
(11) *itaque* pro *utique*, ed. Ged. p. 101. et cod. Heilsb.
(12) *diucius*, deest ibid. in ed. Ged. et in cod. Heilsb.
(13) *eos* deest ibid. et in cod. Heilsb.
(14) *sinebat*, cod. erronee, habet Gnesn.

http://rcin.org.pl

et pecuniam, non tantam, nec tam superbe, sicut prius, quesierat,

in hec verba: (15)

CAPITULUM XIII.

Epistola cesaris ad regem Polonicum. (1)

(2) Cesar Bolezlauo, duci Polonie, graciam et salutem!

Tua (3) probitate comperta, meorum principum consilijs (4) acquiesco,

et CCCtas marcas recipiens, hinc pacifice remeabo.

Hoc mihi (5) satis sufficit ad honorem,

si pacem simul habuerimus (6) et amorem,

sin (7) autem hoc tibi placuerit approbare,

in sede cito Cracoviensi me poteris expectare. (8)

(15) *etc.* addit iterum cod. Heilsb. hoc loco.

(1) Haec inscriptio adest in ed. Ged. atque in codice Gnesn. deficit vero, ut jam monuimus, numerus capituli. Cod. Heilsb. addit in fine adhuc *Bo.* syllabam.

(2) *Henricus*, addit Paprocki (Herby rycerztwa Polskiego 1584. tit. o orle.)

(3) *tanta* pro *tua*, Paprocki.

(4) *consilio*, Paprocki.

(5) *nisi* male pro *mihi*, Paprocki.

(6) *haberemus*, Papr. *simul*, deest in cod. Heilsb.

(7) *si* pro *sin*, Papr.

(8) *Hoc mihi satis sufficit*, usque ad finem capit. de-

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XIV.

Rescriptum ad cesarem. (1)

Ad hec (2) dux septentrionalis remandavit cesari: (3) Bolezlauus, dux Poloncrum, pacem quidem vult, (4) sed non in spe denariorum.

Vestre quidem cesaree potestatis ire consistit vel redire, (5)

sed apud me tamen, (6) pro timore vel condicione, (7) nec ullum poteris (8) vilem obulum invenire.

---

sunt in ed. Ged. p. 101. Cod. vero Heilsb. exhibet locum corruptum a verbis: *non placuerit*; tali modo: *me poteris cicius ex tare.*

(1) Et hanc inscriptionem sistit codex Gnesn. quae vero deest in ed. Ged. p. 101. et in cod. Heilsb.

(2) *Hoc Boleslaus*, ed. Ged. p. 101. sed cod. Heilsb. ad h. Boleslaus.

(3) *Henrico Cesari*, praeponit Paprocki l. c.

(4) *vult* deest in codicibus et Paprocio, recepi hanc vocem ex ed. Ged. p. 101.

(5) *potestatis nutu consistit manere vel redire.* Papr.

(6) *apud me tamen*, desunt in ed. Ged. *apud me prae*, Papr.

(7) *condicione mihi satis sufficit ad honorem, si pacem habuerimus et amorem. Sin autem hoc tibi non placuerit, me poteris cicius etc. Nec unum quidem poteris obulum invenire.* Tali modo corruptum locum sistit ed. Ged. p. 101.

(8) *nullum potestis*, Paprocki l. c. *nec unum quidem poteris obulum invenire*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Malo enim ad horam regnum Polonie (9) salva libertate perdere,

quam semper pacifice cum infamia retinere.

CAPITULUM XV.

Cesar rediens, ac pro tributo cadavera portans. (1)

His auditis, cesar urbem Wratislaviensem adivit,

ubi nichil, nisi de vivis mortuos, acquisivit.

Cumque diucius, ire se Cracow simulando, huc illucque circa fluvium circumviaret, (2)

et Bolezlauo sic terrorem (3) incutere, ejusque (4) animum revocare cogitaret,

Bolezlauus ideo (5) nichil omnino diffidebat,

nec aliud legatis quam superius respondebat.

(9) *oram Pol. regni* pro *ad horam etc.* Paprocki l. c. Ed. Ged. vero p. 101. habet: *ad h. regni Polonie libertatem perdere*, etc. Sic et cod. Heilsb.

(1) Argumentum deest et in ed. Ged. p. 101. atque in codicibus.

(2) *iter continuaret*, ed. Ged. p. 101. *circinnaret*, cod. Heilsb.

(3) *timorem*, ibid. in ed. Ged. et in cod. Heilsb.

(4) *et ejus*, ibid. et in cod. Heilsb.

(5) *imo* pro *ideo*, ed. Ged. p. 101. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

Videns ergo cesar, diu stando, sibi pocius dampnum et dedecus, quam honorem vel (6) proficuum, imminere,

disposuit, pro tributo nihil portans, nisi cadavera, se redire.

Unde quia prius superbe magnam pecuniam requisivit,

ad extremum, pauca querens, nec (7) denarium acquisivit.

Et quoniam (8) suberbe libertatem antiquam Polonie subigere cogitavit,

iustus iudex illud consilium fatuavit,

et iniuriam in Swathopole consiliarium et illam et aliam vindicavit. (9)

CAPITULUM XVI.

De morte Swathopole. (1)

Et quia forte Swanthopole ad memoriam revocamus,

opere precium est, ut aliquid de vita et morte ipsius ad correccionem aliorum inducamus.

(6) *et* pro *vel*, ed. Ged. p. 101. et cod. Heilsb.
(7) *neque* pro *nec*, ed. Ged. p. 101. et cod. Heilsb.
(8) *quia* pro *quoniam*, ibid. in ed. Ged. et in cod. Heilsb.
(9) *et injuriam* — — *vindicavit*, totus versus deest in ed. Ged. p. 101. et in cod. Heilsb. quae loco ejus habent: *quia Cesar cum satis copiosa confusione ad propria remeavit.*
(1) Quod argumentum offert cod. Gnesn. Omnia ve-

http://rcin.org.pl

Igitur Swathopole, (2) dux Moraviensis hereditarius (3) prius extitit,

postea vero ducatum Bohemie Borivoij, (4) suo dominio, (5) plenus ambicione, (6) subplantavit.

Genere quidem nobilis, natura ferox, milicia strennuus,

sed modice fidei, et ingenio versutus.

Huius enim consilio cesar Poloniam intravit,

qui Boleslawo, non semel, sed frequenter, iuraverat,

qui se cum Bolezlauo unum scutum coniunxerat,

qui virtute Bolezlaui et auxilio regnum Bohemicum acquisierat.

Numquo (7) non Bolezlauus, pro Swatopole Prage promovendo, (8) cum rege Vngarorum Columanno Moraviam intravit,

silvas Bohemie, rege redeunte, penetravit?

---

ro, quae abinde usque ad calcem nostrae editionis sequuntur, desunt in cod. Heilsb. et in ed. Ged. p. 101. vel 102. Totam narrationem tali additamento abrumpunt: *Jste Boleslaus cognominatus est Krzywousty, qui post bellum, quod habuit cum Henrico cesare, postea cum Bohemis, Pomoranis, et Ruthenis multa bella prospere gessit, atque gloriosus triumphavit.*

(2) *Suatopluk*, anon. Sommersb. I. 33. *Swantopolk*, Zusätze zur Hist. u. Geneal. v. Schles. I. p. 16.

(3) *hereditarec*, cod. Gnesn.

(4) *Borzywoy*, anon. Sommersb. I. 33. *Borniwoy*, Zusätze etc. ibid.

(5) *dn̄o*, est in cod. Gnesn.

(6) *ambicion̄* = ambicionem, habet cod. Gnesn.

(7) *Nūq'o* = potest in cod. Gnesn. legi quoque *numquando. Nonne B. prius pro eo*, etc. anon. Sommersb. I. p. 33.

(8) *pron̄do*, forsan prouehendo, quia *n* et *u* saepenu-

http://rcin.org.pl

Utique fecit! Nec sic inde remearet,
nisi Boriwoij castrum Kamencz (9) pro paccione sibi daret.
Jnsuper etiam Bolezlauus de Bohemia multos, ad ipsum iam fugientes,
preocupaturos graciam, ipsum ducem fore sperantes,
et retinebat, et pascebat,
quia Svatopole parvam terram, parvasque divicias, tunc habebat.
E contra Svatopole Bolezlauo iuravit,
quia si dux Bohemorum quocunque modo vel quocunque ingenio quandoque fieret,
semper fidus eius amicus, unumque scutum utriusque, persisteret,
castra de confinio regni vel Bolezlauo redderet,
vel omnino destrueret.
Sed ducatum adeptus, nec fidem tenuit,
iurata violando,
nec deum timuit,
homicidia perpetrando.
Unde deus ad exemplum aliorum sibi dignam pro factis recompensacionem exhibuit,
cum securus, inermis, in mula residens, (10) in medio suorum, ab uno vili milite venabulo perforatus occubuit,
nec ullus suorum ad eum vindicandum manus adhibuit.

---

mero eodem manus ductu sunt picta et non facile distinguuntur.

(9) *Kamenecz*, anon. Sommersb. I. p. 33. *Kamene*, Zusätze zur Hist. u. Geneal. v. Schles. I. p. 16.

(10) *mule insidens*, anon. Sommersb. I. p. 33.

http://rcin.org.pl

Taliter cesar, de Polonia rediens, triumphavit,
videlicet luctum pro gaudio,
mortuorum cadavera pro tributo,
memorialiter reportavit.

Bolezlauus vero, dux Polonorum, parum presentem, sed minus absentem, proculdubio dubitavit.

CAPITULUM XVII.

De Bohemis. (1)

Igitur post tantum laborem dux septentrionalis, aliquantulum recreatus,
super Bohemos equitare non diucius est recreatus.

Cogitabat enim et suam iniuriam de Bohemis vindicare,
et suum amicum Borivoy in sede subplantata restaurare.

Dum autem iter faciens, in medio silvarum cum Bohemis obviantibus, prelio commisso, victoriam obtineret,
iamque (2) pars exercitus in campis Bohemie resideret,
Borivoy, a Bohemis iam receptus, grates Bolezlauo pro fide tanta retulit et labore,
et sic impiger Bolezlauus dupplici de Bohemia rediit cum honore. (3)

(1) Omisso solum numero sic legitur in cod. Gnesn.
(2) *cum adhuc* pro *jamque*, anon. Sommersb. I. p. 33.
(3) *cum honore rediit*, cod. quae transposui.

http://rcin.org.pl

Sed quid rediens egerit, audiamus,
ut exemplo probitatis tante fructum aliquem capiamus.

CAPITULUM XVIII.

Expedicio in Pomoranos.

Non enim statim exercitum, tanto itinere fatigatum, ire domum permisit,
nec ipsemet in delicijs vel in convivijs, asperitate yemis irruente, (1) requievit,
sed terram Pomoranorum cum electis de exercitu militibus requisivit.
Quamdiu ibi steterit,
vel quantam per terram incendia vel predas fecerit,
non est opus, per singula scriptitando demorari,
sed summam rei nobis, ad maiora festinantibus, sufficiat explanari.
Jlla namque vice Bolezlauus in Pomorania tria castella cepit,
quibus combustis et coequatis, solummodo predam et captivos excepit.
Postea vero sine bello Bolezlauus aliquantulum repausavit,
suasque civitates interim, ubi cesar fuerat, inexpugnabiliter preparavit.

(1) *irruerit*, male legitur in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XIX.

De Bohemis et Polonis. (1)

Cum autem Bolezlauus, civitatem Glogow muniens, ibi cum exercitu residerit,

milites Zbigneui cum Bohemis depredari per Poloniam exierunt,

qui statim, Bolezlauo nesciente, ipsius loci marchionibus congregatis, sicut mures de latibulis exeuntes, ibidem capti vel mortui remanserunt,

exceptis paucis, qui silve, latronum amice, subsidium pecierunt.

CAPITULUM XX.

De fraude Bohemorum. (2)

Paulo superius, memini, me dixisse, Bohemos in sede subplantata Borivoij ducem recepisse,

ideo de Bohemia Boleslauum ita subito redivisse.

(1) Omisso tantum numero, totam inscriptionem complectitur codex Gnesn.

(2) Inscriptionem hanc sistit Gnesn. codex, omissa jam voce capit.

http://rcin.org.pl

Sed quia fides Bohemica volubilis est, sicut rota, qualiter prius, Borivoy expellendo, traditorie, deceperunt. (3)

Nam brevi tempore non solum honore caruit,

a fratre medio subplantatus,

verum etiam acquirendi facultatem amisit,

ab imperatore captivatus.

Tercium quoque fratrem habebat,

etate quidem minorem,

probitate vero non inferiorem,

quem dux Bolezlauus, in fidelitate fratris persistentem, in Polonia retinebat,

eique, calumpniandi maioris fratris honorem, et consilium et auxilium impendebat.

CAPITULUM XXI.

De bello et victoria contra Bohemos. (1)

Inde belliger Bolezlauus, collecta multitudine militari,

novam viam aperuit in Bohemiam, quo potest Hannibali, facto mirabili, comparari.

(3) *quemadmodum eum expulerunt traditorie, sic etenim iterum deceptum traditorie resumpserunt.* Anon. Sommersb. 1. p. 33. melius habet loco verborum: *qualiter deceperunt.*

(1) Inscriptionem sistit cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Nam sicut ille, Romam impugnaturus,
per montem Jovis primus viam fecit,
ita Bolezlauus per locum horribilem intemptatum primus,
Bohemiam invasurus, penetravit.
Jlle, montem unum laboriose transeundo, tantam famam et memoriam acquisivit,
Bolezlauus vero, non unum, sed plures nubiferos, quasi suppinus ascendit.
Jlle solummodo cavando montem, coequando scapulas (2), laborabat,
iste truncos et saxa volvendo,
montes ascendendo arduas, per silvas tenebrosas iter aperiendo,
in paludibus profundis pontes faciendo, non cessabat.
Tanto itaque labore Bolezlauus, pro iusticia Boriwoij et amicicia, 3bus diebus et noctibus iter faciens, fatigatus,
tale quid in Bohemia fecit, unde semper erit triumphali memoria recordatus.
Postquam tandem Bolezlauus tanto discrimine Bohemiam est ingressus,
non statim, predam faciens,
ut Bohemi de Polonia, quasi lupus rapiens, est regressus.
Ymmo vexillis erectis,
tubis canentibus,
agminibus ordinatis,
timpanis resonantibus,

pau-

(2) *scapulos*, non bene habet codex Gnesn. sed corrupta lectio potest corrigi quoque in *scopulos*.

http://rcin.org.pl

paulatim per campos Bohemie patentes, bellum querens et non inveniens, incedebat,

nec predam, nec incendia prius, quam finem bello fieri, cupiebat.

Interim Bohemi per turmas aliquociens apparebant,

sed statim, Polonis irruentibus, cursu perpetue fugiebant.

De castellis quoque contiguis multi milites exiebant,

qui, Polonis irruentibus, redeuntes occasionem, suburbia comburendi, faciebant.

E fratribus vero Borivoy minimus, quem predixi, predas capi, incendia fieri, terram destrui, Bolezlauo supplicans, prohibebat,

quia regnum acquirere sine bello, puerili simplicitate, verbis traditorum, sine victorijs, se credebat.

Cumque iam die IIIIto bellum expectans Bolezlauus ad pugnam recto tramite properaret,

fluvioque cuidam, non magno quidem, sed difficili transitu, propinquaret,

ex altera parte fluminis, exercitu congregato, dux Bohemorum residebat,

qui Bolezlauum ibi, non ausus alibi, difficultate loci confisus, transitum prohibiturus, expectabat.

At Bolezlauus, repertis hostibus, quos querebat,

quasi leo, visa preda, septis conclusa, stomachabatur, quia pugnandi copiam non habebat.

http://rcin.org.pl

Nam sicut Poloni, modo sursum, modo deorsum, transire reputabant,

ex altera parte fluminis ita Bohemi contrastabant.

Erat enim fluvius, Bohemis, qui cum eo erant, monentibus, (3) paludosus,

tante multitudini, nullo resistente, periculosus.

Videns autem Bolezlauus, quod, sic agens, tempus in vacuum expendebat,

et quod dies, sole occasum vergente, declinabat,

eleccionem audacie militaris duci Bohemico proponit,

videlicet: aut Bolezlauus sibi locum dabit, ut transeat, vel illuc transibit,

si dux Bohemicus loco cedat;

asserens etiam, occupandi causa sedem se Bohemicam non venisse,

sed, more solito, iustitiam fugitivorum causamque miserorum, sicut quondam sibi fecerat, defendendam suscepisse.

Quapropter aut suum fratrem in sorte hereditatis paterne pacifice revocaret,

aut iustus iudex omnium interesse prelio campestri, veram iusticiam, declararet.

---

(3) *mcientes*, est in cod. Gnesn. Forsan legendum, quia et pracedens siglum non satis mihi liquet, *Bohemis, qui cum eo erant iter mecientes*; vel una voce: *nunciantibus*, *mencientibus*.

http://rcin.org.pl

Ad hec dux Bohemicus respondit:
fratrem quidem meum libens recipere, si tuum receperis, sum paratus,
sed cum eo regnum dividere, nisi consilio cesaris, non sum ausus.
Si vero voluntatem vel facultatem habuissem, uobiscum cominus confligendi,
non vestram licenciam expectarem, cum longam habuerim prius licenciam transeundi.

CAPITULUM XXII.

De vastacione terre Bohemice per Polonos. (1)

Videns autem Bolezlauus, quia dux Bohemicus in his responsionibus, quas mandaret,
nullam certam racionem, nisi verba solummodo nuda, daret,
crepusculo diei tempore, requiei castrum movit,
nec ab illius ripa fluminis, ad Labe (2) flumen descendendo, se removit.
Jbi vero, iuxta Labe fluvium, illum fluviolum sine obstaculo pertransivit,
et festinans, ibi bellum, ubi dimiserat, requisivit.

*19

(1) Jnscriptio codicis Gnesn.
(2) *Albea*, (in nominat. casu) legitur nomen fluminis in anon. Sommersb. I. p. 54.

http://rcin.org.pl

Cum autem ad Bohemorum staciones perveniret,

nec aliud de ipsis quam vestigia reperiret, convocatis senioribus consilium inivit,

ubi satis, quod salubrius et honestius esse videbatur, cum racione diffinivit.

Quidam enim de senioribus aiebant:

Tribus diebus, satis sufficit, per virtutem in terra hostium nos stetisse,

nec bellum, illis omnibus congregatis et presentibus, invenisse.

Jterum alij dicebant: Judicia dei vera sunt, et hominibus occultata.

Bene processimus usque modo, sed si diucius immoramur, in dubio pendet, quo se verterint ista fata.

E contra Bolezlauus et iuvenes seniorum consilia postponebant,

et ire Pragam, ut jam antea (3), collaudabant.

Et vere vicisset seniorum consilia consilium iuvenile,

nisi panis defecisset, qui plus potest, quam possit facere ius civile.

Collaudato vix itaque consilio, Bolezlauus redeundi,

redeundo comburendi, dedit licenciam, et predandi.

Jpse vero semper ordinatis choortibus (4) incedebat,

plerumque cum extremis agminibus, pro subsidio, subsistebat.

(3) *et mantea* vel *inantea* habet cod. Gnesn.
(4) *cohortibus* nempe.

http://rcin.org.pl

Habebat etiam acies militum ordinatas, qui cumbustoribus et predatoribus anteirent, et a Bohemis supervenientibus previderent.

Cumque tam prudenter, tamque sagaciter, exercitum duxisset, ac reduxisset,

et ad silvarum introitum via facta (5) iam stacionem possuisset,

vigilias crebriores fieri, paraciores esse, unamquamque legionem, si tumultus forte fieret, in sua stacione persistere, precepit. (6)

Eadem nocte, Bolezlauo (7) post matutinas oracionibus persistente, forte quidam horror in universam stacionem occupavit,

et clamorem subitaneum per totum exercitum excitavit.

Tum quoque provincia, quam cohors armata, sicut constitutum fuerat, visa stacione, perstitit,

suum locum defensura, acies vero curialis, (8) curialiter armata, circa Bolezlauum astitit,

ibi victura,

vel ibidem moritura.

---

(5) *feria sexta* pro *via facta* habet anon. Sommersb. I. p. 34.

(6) Forsan sic legendum:

„ *vigilias fieri crebriores*
„ *esse paratiores*,
„ *unamquamque legionem, si tumultus fieret forte*,
„ *in sua statione praecepit persistere.*

(7) *insistente suis consuetis oracionibus* loco verb. *post matutinas.* Anon. Sommersb. I. p. 34.

(8) *curiales*, cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

At Bolezlauus, audito clamore populi, statim iuvenum multitudine circumstancium
coronatus, ascendit in locum, locuturus aliquantulum,
alciorem, ibique sua locucione probis auxit audaciam,
timidis horrorem ademit pariter et timorem,
sic exorsus:

CAPITULUM XXIII.

De audacia Bolezlaui et prudencia. (1)

O iuventus (2) inclita,
moribus et natura!
mecum semper erudita bello! mecum assveta labore!
Securi sustinete!
Pariter expectate
leti diem hodiernum, qui nos triumphali coronabit honore.
Hactenus Bohemi, sicut monstra
marina vel silvatica,
de gregibus nostris aliquid rapuisse,
et cum eo per silvas aufugisse,
Polonis insultabant,
et pro milicia reputabant.

(1) Et hanc inscriptionem offert codex Gnesn. numero capituli, ut jam in praecedentibus monui, non addito.

(2) *juventus*, addidi hanc vocem.

http://rcin.org.pl

Vos vero iam die VIImo terram eorum circuistis,

villas et suburbia combusistis,

eorum ducem et exercitum congregatum vidistis,

bellum quesistis,

nec invenire potuistis.

Quippe autem (3) hodie Bohemi, si bellum non comiserint, aut si comiserint,

hodie, deo iuvante, Poloni suas iniurias vindicabunt.

Et cum prelium inieritis, memores estote predarum, captivorum, incendiorum,

memores estote puellarum raptarum, uxorum, et matronarum,

memores estote quociens irritaverunt,

memores esote quociens, ipsi fugientes, vos insequentes fatigaverunt.

Ergo sustinete modicum, fratres et milites gloriosi!

estote fortes in bello, iuvenes mei letabundi!

Hodierna dies vobis conferet, quod semper optastis.

Hodierna dies dolorem delebit, quem tanto tempore comportastis.

Jam aurora paret, cito dies illa gloriosa exardebit, (4)

que tradicionem et infidelitatem Bohemorum revelabit,

---

(3) *a'*, tale siglum codicis Gnesn. *autem* legendum esse censeo.

(4) *exarebit*, cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

et presumpcionem et superbiam eorum conculcabit,

et que nostras et parentum iniurias vindicabit.

Dies, inquam, dies illa, dies semper in Polonia recolenda,

dies illa, dies magna et amara semper Bohemis et horrenda,

dies illa, dies Polonis gloriosa,

dies illa, dies Bohemis odiosa.

Dies, inquam, omnium tripudio letabunda, qua frontes hodie Bohemorum humo tenus (5) inclinabit,

qua deus omnipotens cornu humilitatis nostre dextra sua magnanimis exaltabit.

A hac oracione completa missa generalis per omnem stacionem celebratur,

sermo divinus suis parochianis ab episcopis predicatur,

populus universus sacrosancta communione confirmatur.

Quibus rite peractis, cum ordinatis agminibus, more solito, de stacionibus exierunt,

et sic paulatim ad silvarum introitum pervenerunt.

Cum autem ad silvas tanta multitudo pervenisset,

neque loci noticiam, neque vie vestigium, habuisset,

unusquisque sibi viam per devia faciebat,

et sic signa vel ordinem retinere tum (6) nequiebat.

(5) *remis*, cod. Gnesn. habet errore pro *tenus*.
(6) *tam*, cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Obstrusam enim viam, qua venerant, et omnes alias audiebant,

et ideo per viam aliam, non capacem tante multitudinis, rediebant.

Dux vero Bolezlauus retro de latere dextro cum acie curiali subsistebat,

totumque suum exercitum, sicut pastor egregius, (7) premitebat.

Comes quoque Scarbimirus ex altero latere in silva tenui Bolezlauo latitabat,

ibique Bohemos, si forte sequerentur, in insidijs expectabat.

Gneznensis enim (8) acies, patrono Polonie dedicata, cum quibusdam palatinis,

alijsque militibus animosis,

in planicie quadam parva dominum subsistantem expectabat,

que planicies silvas maiores a minori silva prestante dividebat.

Cumque Bolezlauus ex obliquo suum exercitum per silvam tenuem sequeretur, videns suos, et a suis visus,

hostes reputavit suos, a suis etiam hostis similiter estimatus,

sed propius invicem accedentes,
et arma subtilius contemplantes,
signa Polonica cognouerunt,
et sic a pene cepto scelere desierunt.

---

(7) *s. p. gregem*, anon. Sommersb. I. p. 34.
(8) *eciam* pro *enim*, anon. Sommersb. I. p. 34.

http://rcin.org.pl

Interim Bohemi, quasi iam certi de victoria, non ordinati prius cathervatim, sed unus ante alium properabant,

quia Polonos, in silva iam receptos, ad prelium irrevocabiles, inordinatos, dispersos, se capere, sicut lepores, reputabant.

At belliger Bolezlauus, visis hostibus, iam vicinis, exclamavit: Juvenes!

feriendi nostrum sit inicium, noster quoque finis.

Hoc dicto, statim venabulo primum in acie de dextrario supinavit,

et cum eo simul Dirsek, pincerna, potum alteri mortifierum propinavit.

Cum vero iuvenes Polonici (9) certatim irruunt,

lanceis prius bellum inferunt,

quibus expletis, enses exerunt;

clipei paucos de Bohemis accedentibus ibi clepunt,

lorice pondus non subsidium illis reddunt,

galee honorem ibi capitibus non salutem acquirunt.

Jbi ferro ferrum acuitur.

Jbi miles audax cognoscitur.

Jbi virtus virtute vincitur.

Corpora strata iacent,

sudore vultus et pectora madent,

sanguine rivi manant,

iuvenes Poloni clamant:

(9) *juventus Polonica*, est in codice Gnesn.

http://rcin.org.pl

Sic est virtus approbanda viris, sic fama quedam, non predam furtim rapiendo, silvamque petendo, rapidorum more luporum.

Jbi fulgens loricatorum,
acies Bohemorum et Theutonicorum,
quoniam prima fuit,
prima corruit,
gravata pondere, non adiuta.

Adhuc tamen dux Behemorum, vice secunda, tercia, iam flore milicie prostrata iacente,
suum dampnum, catervas retorquens, vindicare nitebatur,
semperque suorum congeries corruencium augebatur.

Scarbimirus quoque cum acie palatina, silvula dividente, cum alijs Bohemorum agminibus dimicabat,
ita, quod Bolezlauus de Scarbimiro, vel Scarbimirus de Bolezlauo penitus, ubi staret, vel si prelium ageret, ignorabat.

Ex utra parte Mars suas vires exercet, fortuna ludit, rota Bohemorum eversatur,
a Parcis fila Bohemorum inciduntur, (10)
Cerberus ora vorancia laxat,
portitor Acheronti navigando laborat,
Proserpina ridet, furie viperinas (11) illis vestes explicant,
Eumenides balnea sulfurea parant,

---

(10) Hanc vocem substitui pro *occant*? = ociantur? occantantur?

(11) *cuperinas*, cod. habet Gnesn.

http://rcin.org.pl

Pluto iubet Ciclopes dignas fabricare coronas militibus, merito venerandis,

dentibus anguinis, linguis nec non draconinis.

Quid multis moramur? Videntes Bohemi, suam causam divino iudicio non placere,

et Polonorum audaciam cum iusticia prevalere,

suorum ibi meliorum acie prostrata catervatim, divisi fugam arripiunt,

nec eos fugere Poloni statim precipiunt, sed fugam simulare credunt.

Convallis enim media quedam et silva Bohemos adiuvabat,

que fugam eorum vel insidias occultabat.

Ideo dux Polonorum Bolezlauus milites impetuosos presumptuose persequi prohibebat,

quia cautelam Bohemorum et insidias dubitabat.

Comperta tandem Poloni vera fuga Bohemorum,

insequentes statim, laxant suorum habenas equorum.

Ergo potiti Poloni victoria triumphali, redeundi Poloniam iter inceptum differunt,

suos sauciatos, in Bohemia redeuntes, secum ferunt,

superioribus adiectis denarium perfeccionis numerum impleverunt.

Ad hoc enim detrimentum (12) et dede-

(12) *determinatum* erat in codice Gnesn. quod manu ipsius, ut videtur, scribae tamen correctum est.

http://rcin.org.pl

cus bellica gens Bohemorum traditorum factionibus est redacta,

quod pene militibus probis et nobilibus Polonorum conculcata sub pedibus est exacta.

Jbi quoque cum Bohemis Zbigneus interfuit,

cui fugisse similiter, quam ibi stetisse, plus profuit.

Poloni vero de Bohemia cum ingenti tripudio remeantes, omnipotenti deo grates rependunt eternales,

et Bolezlauo triumphanti laudes referunt triumphales.

CAPITULUM XXIV.

De vastacione terre Prusie per Polonos. (1)

Jtem impiger Bolezlauus, yemali tempore non quasi desidiosus in ocio requievit,

sed Prussiam, terram aquiloni contiguam, gelu constrictam, introivit,

cum etiam Romani principes,

in barbaris nacionibus debellantes,

in preparatis municionibus yemarent,

neque tota yeme militarent.

(1) Tota inscriptio, absque numero tamen, desumta est ex codice Gnesn.

http://rcin.org.pl

Illuc enim introiens, glacie lacuum et paludum pro ponte utebatur,

quia nullus aditus illius, nulla porta, (2) nisi lacubus (3) et paludibus invenitur.

Qui, cum lacus et paludes pertransisset,

et in terram habitabilem pervenisset,

non in uno loco resedit,

non castella, non civitates, quia ibi nulla, sibi obsedit.

Quippe situ loci et naturalis posicio regionis per insulas lacubus (4) et paludibus est munita,

et per sortes hereditarias ruricolis et habitatoribus dispartita.

Igitur belliger Bolezlauus per illam barbaram nacionem passim discurrens, predam immensam (5) cepit,

viros et mulieres, pueros et puellas, servos et ancillas innumerabiles captivavit,

edificia, villasque multas, concremavit,

cum quibus omnibus in Poloniam sine prelio remeavit,

quod prelium cum invenire plus his omnibus exoptavit.

---

(2) *nullam pat'am* = patriam, habet cod. Gnesn.
(3) *lacis*, est in cod. Gnesn.
(4) *lacis*, iterum in cod. Gnesn.
(5) *in mensam*, incuria scriptoris duae tanquam voces scriptae in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXV.

De concordia Zbignei falsa cum Boleslavo. (1)

Hostibus itaque, Bolezlauus, sicut dictum est, refrenatis,

ducem Bohemicum coegit, fratrem minimum, quem supra diximus, in hereditatis sortem recipere, quibusdam civitatibus sibi datis,

quo facto Zbigneus Boleslavo suo fratri legacionem misit,

misericorditer supplicando, quatenus aliquam particulam hereditatis paterne, sicut dux Bohemorum suo fratri, sibi quoque concederet,

ea condicione, quod nulla in aliquibus illi coequaret,

sed sicut miles domino semper et in omnibus obediret.

Nam enim nec per cesarem, nec per Bohemos, nec per Pomoranos, se posse vincere confidebat,

sed quod viribus et armis obtinere non poterat, humilitate saltim et fraterna karitate presumebat.

Verba quidem satis bona et pacifica videbantur,

sed aliud promptum in liugua forsan, et aliud clausum in pectore, tenebatur.

(1) Et hanc inscriptionem totam exhibet codex Gnesn. numero tamen capituli non interposito.

http://rcin.org.pl

Sed hec dicenda suo loco differamus,
et Bolezlavi responsionem audiamus.

Audita fama fratris tam humillima supplicacione, Bolezlauus, a periurijs tot transactis,
ab injurijs tot illatis,
ab alienis gentibus in Poloniam introductis,
ignoscendo, suum animum mitigavit,
et Zbigneuum cum verbis huiuscemodi condicionis in Poloniam revocavit.

Videlicet, si verbis sue legacionis mens humilis concordaret,
et si se pro milite non pro domino reputaret,
nec ullam superbiam deinceps, nec ullum dominium, ostentaret,
fraterna caritate nec (2) quedam castella sibi daret.

Et si veram humilitatem in eo, veramque caritatem prospiceret,
semper eum in melius die cottidie promoveret.

Sin vero contumaciam illam antiquam, in corde discordiam, occultaret,
melius esset, apertam discordiam, quam iterum novam sedicionem, in Poloniam reportaret. (3)

At

(2) *predam*, in cod. Gnesn. vocem erroneam delevit ipse scriba, posuitque statim *quedam*, sed forsan oblitus delere *nec*, superfluum quoque, nisi negationem hanc pro augmentativo intelligas.

(3) codex Gnesn. legit: *melius esset aperta discordia quam iterum nouam seditionem in poloniam reportaret.*

http://rcin.org.pl

At Zbigneus, stultorum consilijs acquiescens, promisse subieccionis et humilitatis minime recordatus,

ad Bolezlauum non humiliter, sed arroganter, est ingressus,

nec sicut homo longo tam exilio castigatus, tantisque miserijs et laboribus fatigatus,

ymmo sicut dominus, cum ense precedente, (4)

cum simphonia musicorum, tympanis et cytaris modulaucium, precinente,

non serviturum, sed regnaturum, designabat,

non se sub fratre militaturum, sed super fratrem imperaturum, pretendebat. (5)

Quod quidam sapientes in partem aliam, quam Zbigneus forsan cogitaverat, noverunt,

et consilium Bolezlauo tale suggesserunt,

quod se statim, credidisse, penituit,

semperque, se fecisse, penitebit.

Talibus videlicet verbis mentem humanam accendentes:

Hic homo tantis calamitatibus contritus, tam longo exilio detrusus, aditu primo cum tanto fastu superbie, de singulis adhuc incertus, ingreditur,

quid faciet in futuro, si sibi provincie alique (6) de regno Polonie concedantur?

20

(4) *sicut dominus terre, ense prelato*, Anon. Sommersb. I. p. 35.

(5) Plures huc possint fieri versus, sed sufficiunt hi duo ad harmoniam psalteriorum.

(6) *provicias aliq. — concedatur*, habet cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

Aliud quoque maius et periculosius asserentes,

quod ipse videlicet Zbigneus quemlibet cuiusque generis, divitem, sive pauperem, iam repertum et constitutum haberet,

qui Bolezlauum, oportuno sibi loco considerato, vel cultello, vel alio quolibet feramento, confoderet,

quem homicidam ipse, si tunc mortis periculum evitaret,

honoris magni culmine, (7) sicut unum de principibus, exaltaret. (8)

Sed nos magis credimus, ab ipsis malis consiliatoribus hoc fuisse machinatum,

quam unquam ab ipso Zbigneo, satis humili, satisque simplici, tale facinus cogitatum.

Jdeoque minus mirandum, iuvenem,

etate florentem, in imperio consistentem,

iracundia stimulante,

sapientum quoque consilio suggerente,

quodlibet facinus perpetrare, quo mortis periculum evitaret,

et securus a cunctis insidijs imperaret.

Nullus tamen credat, illud peccatum in spe fuisse perpetratum,

sed ex presumpcione, non ex deliberacione, sed ex occasione, peragatum.

---

(7) *pro remuneratione criminis* pro *h. m. culmine.* Anon. Sommersb. I. p. 35.

(8) Epitomator anon. Sommersb. I. p. 35. hoc loco addit: „ *Quorum consilio, licet forsan non ex virtutis* „ *procedente radice, ductus Boleslaus, interire fra-* „ *trem permisit, ut supra dicitur, per duellum.* „ Conf. Zusätze zur Hist. u. Geneal. v. Schlesien. I. p. 17.

http://rcin.org.pl

Si enim Zbigneus humiliter et sapienter adveniret, sicut homo, misericordiam petiturus,

non sicut dominus, quasi vanitatis fascibus regnaturus,

nec ipsemet in dampnum irreparabile corruisset,

nec alios in crimen lamentabile posuisset.

Quid ergo? Accusamus Zbigneum et excusamus Bolezlauum?

Nequaquam! Sed minus est, peccatum ira precipitacionis, ex occasione data, perpetrare,

quam illud faciendum ipsa deliberacione (9) pertractare.

Nos vero nec peccato deliberacionis penitenciam denegamus,

sed in penitencia tamen personam, etatem, oportunitatem, perpendamus.

Non enim convenit, post malum irrecuperabiliter perpetratum, malum peius evenire,

sed illi, qui sanari potest, decet medicum, discrecionis medicamine subvenire.

Qapropter, quia, quod factum est in altera parte, non potest in statum pristinum restaurari,

omnem (10) artem infirmam, medicine capacem, (11) in statu dignitatis iugulandi, studio discrecionis, conservari.

(9) *ip̄z deliberationis*, cod. Gnesn. non bene habet.

(10) *oz* = forsan *omnino*, non *omnem*.

(11) *capaz̄* = potest significare *capacitate*, *capacitatemve*. Sed ingenue fateor, me hunc locum non intelligere, nec ullam audeo conjecturam proponere,

http://rcin.org.pl

Unde constat, infirmo corpori corporali subsidio ministrari,

et infirmum spiritali medicamine sustentari.

Sed qui Bolezlauum in hoc, quod tale quid egerit, accusamus,

in hoc tamen, quod digne penituerit, et satis humiliaverit, collaudamus.

Vidimus enim talem virum, tantum principem,

tam deliciosum iuvenem, primam karinam ieiunantem,

assidue cinere et cilicio humi pervolutum,

lacrimosis suspirijs irrigatum,

ab humano consorcio et colloquio separatum,

humum pro mensa, herbam pro mantili, panem acrem pro delicijs, aquam pro nectare, reputantem.

Preterea pontifices, abbates, presbiteri, missis et ieiunijs eum quisque, pro suis viribus, adiuvabant,

et in omni solempnitate precipua, vel in ecclesiarum consecracionibus, aliquid sibi de penitencia, canonica auctoritate, relaxabant.

Insuper ipse missas cottidie pro peccatis, pro defunctis, (12) celebrari, psaltariaque cantari, faciebat,

et in pascendis et vescendis pauperibus magne caritatis solacium impendebat.

---

ne Aesculapio addictorum odium provocare vel benevolenciam eorum captare videar.

12) *pro defunctis et peccatis*, anon. Sommersb. I. p. 35.

http://rcin.org.pl

Et quod maius his omnibus et precipuum in penitencia disputatur, (13)

auctoritate dominica fratri suo satisfaciens, concessa venia concordatur.

Unum quoque Bolezlauus fructum penitencie satis dignum,

quod potest reputari de tanto principe cunctis penitentibus quasi signum.

Nam cum ipse non ducatum, sed regnum magnificum, gubernaret,

ac de diversis et Christianorum et paganorum nacionibus hostium dubitaret,

semet ipsum regnumque suum servandum divine potencie comendavit,

et iter peregrinacionis ad sanctum Egidium,

sanctumque regem (14) Stephanum,

occasione colloquii, paucissimis hoc rescientibus, summa devocione consumavit.

Omnibus quippe diebus illius quadragesime (15) sola contentus panis et aque refeccione ieiunaret,

nisi, tanti laboris occasione, discrecio presulum et abbatum missis et oracionibus illud ieiunium, caritatis obsequio, violaret.

---

(13) Erat in cod. Gnesn. *deputatur*, sed *e.* notatum est tribus punctis suppositis, super hancce literam vero *is* scripta esse apparent.

(14) *Hungarie*, addit anon. Sommersb. I. p. 35.

(15) *illis quadragesima*, Gnesn. cod. quidem habet, sed anon. Sommersb. I. p. 35. scripsit accuratius *illius quadragesime.*

http://rcin.org.pl

Singulis quoque diebus ab hospicio tam diu pedibus quandoque nudis cum episcopis et capellanis incedebat,

donec horas perpetue virginis, dieique canonicas, septemque psalmos cum letania penitenciales, adimplebat,

et plerumque cursum psalterij post defunctorum vigilias adiungebat.

In pedibus eciam pauperum abluendis,

in elemosinis faciendis,

ita devotus et studiosus per totam viam illius peregrinacionis existebat,

quod nullus indigens,

ab eo misericordiam querens,

sine misericordia recedebat.

Ad quemcunque locum episcopalem, vel abbaciam, vel preposituram, dux septentrionalis veniebat,

episcopus ipsius loci, vel abbas, vel prepositus, et ipse rex Vngarorum Columannus aliquociens obviam Bolezlauo cum ordinata processione procedebat.

Ipse autem Bolezlauus ubique semper aliquid per ecclesias offerebat,

sed in illis locis principalibus non nisi aurum et pallia proferebat.

Et sic religiose per totam Vngariam ab episcopis et abbatibus et prepositis recipiebatur,

ita munifice sibi corporale servicium ab ipsis cum summa diligencia parabatur,

et ipsos ipse donabat, et ipse ab ipsis donabatur.

http://rcin.org.pl

Ubique tum eum ministri regis (16) et servicium sequebantur,

et ubi Bolezlauus diligencius vel negligencius reciperetur, notificandum regi a suis familiaribus notabatur.

Et quicunque diligencius eum et honestius recipere videbatur,

amicus esse regis, vel graciam inde consequi sine dubio, dicebatur.

Cum tali devocione spiritali, talique (17) veneracione temporali, Bolezlauus de sua peregrinacione remeavit,

neque tamen, in regnum suum rediens, vitam penitentis, habitumque peregrinacionis abnegavit,

sed ad sepulcrum usque beati martiris Adalberti, pascha domini celebraturus, cum eodem peregrinacionis proposito perduravit.

Et sicut cottidie propius ad locum sancti martiris accedebat,

tanto devocius, cum lacrimis et oracionibus, nudis pedibus incedebat.

Cum autem ad urbem et sepulcrum sancti martiris pervenisset, quantas elemosinas in pauperibus erogavit,

quanta per ecclesiam et in altaribus ornamenta presentavit,

---

(16) *Colomanni*, recte addit anon. Sommersb. I. p. 35.
(17) syllaba vel praepositio *de* hoc loco erronea et inde punctis notata occurrit in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

opus aureum (18) extitit compunccionis (19) argumentum,

quod fecit Bolezlauus reliquiis sancti martiris et sue devocionis et penitencie testamentum.

Jn illo namque feretro auri purissimi octoginta marce continentur,

exceptis perlis, gemmisque preciosis, que minoris, quam aurum, precii non videntur.

Jn episcopis vero suis, in principibus,

in capellanis, in militibus, in muneribus,

ita magnifice ac munifice pascha sanctum illud gloriosissimum celebravit,

quod singulos maiorum et pene minorum preciosis vestibus adornavit.

De canonicis autem beati martiris,

de custodibus ecclesie, vel ministris,

vel de civibus ipsius civitatis, ita liberaliter ordinavit,

quod omnes, nullo pretermisso, vel vestibus,

vel equis, vel alijs muneribus,

unumquemque, pro qualitate dignitatis et ordinis, honoravit. (20)

Hac itaque peregrinacione tam religiosa devocione completa,

non ideo tamen est obsessio facta, prius de cordis unquam memoria sic deleta.

---

(18) Anon. Sommersb. I. p. 36. commentatur tali modo hoc opus: *largitus est pro reliquiis S. Martyris feretrum preciosum de auro et gemmis magnificum.*

(19) *compacionis*, habet codex, quod forsan *compunctionis* vel *compassionis* legendum est.

(20) *Preterea in ecclesia Cracoviensi XX. canonicales prebendas creavit.* Anon. Sommersb. I. p. 36.

http://rcin.org.pl

Nec debet quisquam illud preposterum ordinem reputare,
quod, si fuerit intersertum, poterit cepte narracionis totam seriem perturbare.

CAPITULUM XXVI.

Pomorani tradiderunt castrum Nakel Polonis. (1)

Jgitur castrum Nakel, ubi, prelium illud fuisse maximum, superius memoratur,
et unde dampnum semper Polonis laborque continuus generatur,
Bolezlauus cuidam Pomorano,
genere sibi propinquo, Svatopole (2) vocabulo,
concesserat, cum alijs castellis pluribus, sub tali fidelitatis condicione, retinere,
quod nunquam deberet ei suum servicium vel castella, causa pro qualibet, prohibere,
sed postea nunquam iuratam sibi fidelitatem retinuit,
nec venientibus nec promissam servitutem exhibuit,
nec venientibus portas castellorum aperuit,
ymmo, sicut perfidus hostis et traditor, viribus et armis sua seseque prohibuit.

(1) Inscriptionem hanc offert cod. Gnesn.
(2) *Suatoplok*, anon. Sommersb. I. p. 36. *Swantopolk*, Zusätze zur Hist. u. Geneal. v. Schles. I. p. 36.

http://rcin.org.pl

Unde Bolezlauus, dux septentrionalis, ad iracundiam concitatus,

convocatis bellatorum cohortibus, (3) castrum Nakyel fortissimum obsedit, suam vindicare contumeliam meditatus.

Jbique de festo sancti Michaelis ad nativitatem usque dominicam sedens,

et in bello contra castrum cottidie studiosus incedens,

laborem suum invanum penitus expendebat,

quia humidum per locum, aquosum, et paludosum, machinas et instrumenta ducere non sinebat.

Jnsuper castellum erat et viris et rebus necessariis sic firmatum,

quod non esset armis vel necessitate rei cuiuslibet per annum continuum expugnatum.

Jpse quoque Bolezlauus, cum ibi fuerit sagittatus,

ad se vindicandum est maioris ire stimulis agitatus.

Unde Svatopole pacem semper vel pactum aliquod per amicos et familiares Bolezlaui requirebat,

et pecuniam illi magnam cum obsidibus offerebat.

Quibus rebus perpensis, Bolezlauus obsessionem dimisit, redeundi,

suamque contumeliam vindicandi,

---

(3) *choartibus*, cod. Gnesn. ubique.

http://rcin.org.pl

tempus idoneum expectando, remeavit,

partemque pecunie secum, obsidemque filium ipsius progenitum, asportavit. (4)

Item anno sequenti, cum ipse Svatopole nec fidem datam, nec paccionem factam, observaret,

nec de periculo filij cogitaret,

nec ad colloquium cum Bolezlao constitutum venire, vel causam excusacionis mittere, procuraret,

suum Boleslauus exercitum congregavit,

hostemque perfidum aliquantulum in virga ferrea, sed non plenarie, visitavit.

Qui cum ad confinium Pomoranie pervenisset,

ubi quilibet princeps alius cum tota multitudine timuisset,

exercitu relicto, cum electis militibus, in anteriora (5) properavit,

et castellum Wysegrad (6) impetuose capere, castellanis non premeditantibus, nec premunitis, cogitavit.

Ubi vero ventum est ad fluvium, qui, iunctus Wysle flumini, castellum illud, in angulo situm fluviorum, ab eis ex altera parte dividebat,

---

(4) *Idem*, vox erronea est in Gnesn. cod. hoc loco deleta, linea per transuersum ducta.

(5) $a\overline{nea}$ vel $a\overline{ue}a$ habet Gnesn. cod. quod significat forsan *antea*.

(6) *Wischegorad*, anon. Sommersb. I. p. 36. *Wissegrad*, Zusätze etc. I. p. 30.

http://rcin.org.pl

alij (7) fluvium istum, cursim (8) alius ante alium, transnatabant,

alij vero Masoviensium (9) per Wyslam fluvium navigio veniebant.

Sicque contigit, ignoranter in bello damnum fieri plus civile,

quam VIII. diebus expugnando castrum illud assultu fuerat ex hostili.

Exercitu tandem toto circa castrum congregato,

iamque diversorum instrumentorum apparatu opidi expugnandi preparato,

oppidani, pertinacem in hostes obstinaciam Boleslaui metuentes, recepta fide (10) dedicionem fecerunt,

sicque manus Boleslaui mortemque evaserunt.

Illud vero castrum Boleslauus VIII. diebus acquisivit,

VIII.que diebus alijs sibi retinendi, ibi residens, premunivit,

ibi derelictis presidijs, inde progrediens, obsidione castrum (11) aliud cremavit, aliud circuivit.

---

(7) *castrum illud, situm in angulo, armis cinxit, alii enim* etc. Anon. Sommersbergii I. p. 56.

(8) $c^{2}s\bar{u}$, siglum hoc *cursum* significare videtur in cod. Gnesn.

(9) Tota haec columna codicis Gnesn. a subsequentibus verbis: *per Wyslam*, usqe ad finem hujus paginae, vel ad verba: *congeriem illam comburant*, minutioribus litteris, eadem quidem, sed festinante manu, scripta apparet.

(10) *fidem*, male habet cod. Gnesn.

(11) *illud*, vox haec, tanquam erronea, punctis cir-

http://rcin.org.pl

Illud namque castrum cum maiori labore, prolixiorique dilacione, Boleslauus expugnavit,

quia plures et forciores ibi pugnatores, locumque municiorem assultu bellico exprobavit.

Paratis igitur a Polonis instrumentis ac machinacionibus expugnandi,

Pomorani similiter instrumenta modis omnibus repugnandi (12),

Poloni foveas equant,

terram lignaque comportant,

quo levius ac planius ad castrum cum turribus ligneis accedant,

Pomorani contra lardum lignaque picea parant,

quibus paulatim congeriem illam comburant.

Tribus enim castellani vicibus instrumenta omnia, de muro descendentes furtive, combusserunt,

tribusque vicibus iterum illa Poloni construxerunt.

Ita namque turres lignee Bolezlaui castello vicine stabant,

quod castellani de propugnaculis cum eis armis et ignibus repugnabant.

Si quandoque Poloni castellum armis igne lapidibus stratis impetebant,

castellani similiter modis omnibus vicem contrariam repugnabant.

---

cumquaque positis in cod. Gnesn. notata hoc loco occurrit.

(12) *fecerunt*, addit anon. Sommersb. I. p. 36.

http://rcin.org.pl

De Polonis multos castellani satis et lapidibus vulnerebant,

de castellanis vero Poloni plures cottidie perimebant.

Erant enim pagani de morte securi, si virtute bellica caperentur,

et inde malebant, ut, cum fama se defendentes,

quam collum extendentes

cum ignavia, morerentur.

Jnterdum tamen cum Bolezlauo pactum facere, castrumque reddere, cogitabant,

interim inducias petentes,

vel auxilium expectantes,

illud consilium differebant.

Jnterea Poloni, nunquam ociosi, nunquam desidiosi, tot laboribus et vigilijs fatigati, desistebant,

sed castrum capere vel insidiis insistebant,

Pomorani vero talem Bolezlaui mentem et intencionem cognoscebant,

quod nullatenus evadere manus ipsius, nisi castro reddito, prevalebant,

et ex hoc quam maxime diffidebant,

quia de Svatopole, suo domino, nullum auxilium expectabant.

Unde pro tempore consilium partibus utrisque satis ydoneum inierunt,

castellum videlicet, fide recepta, tradiderunt,

ipsique sani, cum suis omnibus incolumes, quo sibi libuit, abierunt.

http://rcin.org.pl

II.

VITA
S. STANISLAI.

http://rcin.org.pl

II.

VITA
S. STANISLAI

http://rcin.org.pl

INCIPIUNT GESTA DE CRONICIS POLONORUM.

De primo Christiano Polonorum, Mescone.

Tradunt annales Polonorum hystorie, quod Mesco, dux Polonie, adhuc gentilis et paganus, VII. annis a nativitate cecus, postea miraculose illuminatus, tandem patri suo Lestconi succedens, in honore principatus anno domini nostri Jeshu Christri Nongentesimo sexagesimo quinto a beato Adalberto, tunc Pragensi episcopo, fidei indumentis indutus, et ab eo cum suis omnibus baptisatus, primus in Polonia fidelis effectus est christianus. Et accipiens uxorem christianam, filiam ducis Bohemorum, Dobrowcam nomine, genuit ex ea filium magnum, videlicet pium atque victoriosissimum regem Bolezlauum, cuius probitas et (1) audacia processu temporis non solum in cultu christiane religionis aucta felicibus incrementis, verum eciam inclitis illustrata triumphis amplissimum in regnum processit Polonia, a Danubio siquidem, magno fluvio regni Vngarie, usque ad Solavam, fluvium Saxonie, et a Kyo-

(1) *et* addidi, quamvis desit in codice.

http://rcin.org.pl

viensi civitate, que est metropolis Rusie, usque ad montes Stirie suos extendens limites, longe a se positas suo sceptro regebat naciones. Hic erat Bolezlauus cultor dei devotus, qui omnes episcopatus in Polonia fundavit, limitavit, distinxit, et ecclesias dei donis regalibus ampliavit. Huius regni exordium in cronica (2) Polonorum taliter invenitur descriptum: Anno domini Nongentesimo septuagesimo VI. Otto, (3) Romanorum imperator, qui annominatus (4) rufus, crebrescentibus beati Adalberti martiris miraculorum signis, venit in Gneznam ad limina sepulcri eiusdem pontificis, devocione ductus, quem princeps Bolezlauus honorifice suscepit, et secum in convivio munificentissime pertractavit. Videns autem imperator Bolezlaui excellenciam, et regii apparatus frequenciam, diviciarumque opulenciam ipsius admiratus, ait suis principibus: Decet utique virum, tam magnificum, non ducem vel principem, sed regem censeri, (5) nostrique ac Romanorum imperii socium et amicum appellari, et regio dyademate insigniri. Quid plura? de capite suo coronam deponens, capiti Bolezlaui imposuit, ipsumque in regem Polonie et omnium nacionum circumadiacencium, quas ante suo subiugaverat imperio, cum magna ambicione consecrari precepit. Pro regalibus autem insignijs dedit imperator regi

(2) *Cracovia* pro *cronica* habet codex.
(3) *Octo*, cod.
(4) *a nominatus*, cod.
(5) *cẽsari*, cod.

http://rcin.org.pl

Bolezlauo lanceam beati Mauricii et clavum domini. Bolezlauus autem regi imperatori, ob reverenciam imperialis dignitatis, tradidit brachium beati Adalberti martiris, ad firmandam autem perpetue pacis et dileccionis concordiam iunxit filio suo Meschoni sororem suam Juditam in matrimonium. His solempniter peractis, imperator, multis cumulatus donis et muneribus, rediit in Alemaniam cum principibus suis.

Capitulum de gestis Meschonis.

Rex autem Bolezlauus cum XXXII. annis regnasset, et regnum suum optime gubernasset, mortuus est, regnavitque Mescho filius suus pro eo. Hic sensu minoratus et probitate patris, sicut Roboam sapiencia Salomonis, delicijs resolutus, nimiumque verbis uxoris credulus, circa rem publicam factus est desidiosus et remissus. Quo tandem ignominiose mortuo, et superstite filio eius Kazimiro parvulo, cum matre per nobiles Polonie in Alemaniam expulso, regnum Polonie sine rectore, quasi navis sine gubernaculo, sedicionum ac bellorum intestinorum fluctibus undique quassabatur, iusticia et veritas conculcabatur, pauperes opprimebantur, unusquisque faciebat, quod sibi rectum videbatur, quod precedentibus sive subsequentibus cronicis et annalibus Polonorum lucidius ac plenius invenitur, animo volenti dicta cercius declarari. Tunc surrexerunt de insidiis, quasi lupi rapaces, per circuitum re-

http://rcin.org.pl

giones, que patri suo fuerunt vectigales, et ceperunt vastare regnum Polonie. Monasteria comburebantur et ecclesie, perimebantur monachi et ecclesiastice persone, senes et iuvenes gladio iugulabantur, virgines et vidue ac maritate violabantur, atque in captivitatem cum ignominia ducebantur. Consumpta autem per incendia subitosque gentilium incursus in magna parte Polonia, cum aliunde non esset auxilium, maiores natu inierunt consilium: ut requirerent, et invenirent, et reducerent in regnum eiectum et exulem Kazimirum. Hic enim litteris competenter instructus, ex Alemania in Gallias transiens, et in monasterium Cluniacense veniens, facta conversacione monachorum, ibidem deo famulancium, illectus, vitam mutavit, et sub habitu sancti Benedicti deo militari cepit.

Capitulum de ortu sancti Stanislai.

His temporibus, clade durante regni Polonie, beatus Stanislaus processit, oriundus ex provincia Cracovie. Quia vero iste (1) Stanislaus predicti Kazimiri fuit contemporaneus, ille in Alemania, iste in Polonia litterarum apicem apprehendisse dinoscitur, sicut in cronicis comprobatur. Licet autem de nobili prosapia fuerit ortus, de ipsius tamen progenitoribus, quam-

(1) verba: *vero iste*, sunt erasa, ita tamen, ut adhuc legi possint, in margine vero alia, sed vetusta manus, addidit loco istarum vocum: *beatus*.

http://rcin.org.pl

vis pater eius, ut fertur, magnus fuerit vocatus, in hoc volumine nulla sit adpresens mencio, quia, antiquitate (2) temporis, negligencie nutrix hanc delevit, oblivio. Sunt tamen de Raba et de Stephanowo (3) adhuc superstites milites, genere nobiles, qui sunt patris beati Stanislai coheredes et legittimi successores. Jn Stephanowo etenim, villa sic vocata, adhuc quidam congesti monticuli et apparencia fundamenta designant locum, ubi domus beati Stanislai olim stetit edificata. Jbidem fuit ecclesia lignea, quam ipse in honorem beate Marie Magdalene fabricavit, et manu propria consecravit, que nuper tempore domini Yuonis, (4) Cracoviensis episcopi, pre vetustate corruit. Hanc nos quoque vidimus et verbum domini (5) in ea populo predicavimus, et hic ipsa, (6) incolis terre protestantibus, audita sufficiant, sed ad vite ipsius narracionem transeamus.

---

(2) *antig'tes*, (*antiquitates*) habet codex.

(3) *Sczepanowo*, apposuit in margine manus prisca, alia.

(4) *ynonis*, in cod. erronee scriptum. Jvonem vero vel Joannem hunc, qui post Vincentium Cadlubconem erat ordinatus, mortuum fuisse anno 1229. testatur: *Niesiecki Korona Polska.* I. p. 28.

(5) *vm̄ dm̄* vel *dn̄i*, quae forsan significant: *verum dominum.*

(6) *ipā* = *ipsam* forsan.

http://rcin.org.pl

INCIPIT VITA SANCTI STANISLAI.

CAPITULUM I.

Etymologia nominis. (1)

Stanislaus, secundum seculi dignitatem, non solum fuit genere preclarus, sed eciam quodam presagio sui nominis extitit dei electus. Hoc etenim vocabulum Stanislaus, in sacro baptismate sibi collatum divinitus, ex Latino sermone ethymoloyzatum et Polonico, *stans laus*, vel *instans laudi*, sive etiam *stacio laudis* potest dici et congrue imputari (2). Stetit enim vir dei Stanislaus in laude dei propensius et laus dei in ore eius, qui ex omni corde laudavit deum, qui fecit eum. Jnstitit laudi divine, dum secundum apostolum domino psallebat spiritu et mente, prestitit nichilominus laus dei in opere illius, qui usque ad mortem pro iusticia agonisavit, et stola glorie in consumacione virtutis promeruit. Digne igitur beatus Stanislaus in domino laudabilis predicatur (3), digne eius memoria in ecclesia recolitur.

(1) Argumentum, et capitulum cum numero, addidi, quamvis desint in codice.
(2) *mp̄tari*, forsan interpretari, impetrari.
(3) *predicator*, est quidem in codice.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM II.

De probitate et bona conversacione. (1)

Hic ab inicio sue creacionis adeo preventus in benediccionibus dulcedinis, animam sortitus est bonam, et in bonis naturalibus fortunam optimam. Erat enim eleganter natus, in cultu christiane religionis educatus, deo devotus, mente pudicus, corpore castus, habitu reverendus, moribus maturus, ingenio acutus, sermone discretus, et ad omne bonum abilis et promtus. Sicut enim cera liquida ymaginem inpressam recipit et servat, sic puer Stanislaus bonum, quod audire vel intelligere poterat, archano sui corporis recondebat.

CAPITULUM III.

Ad scolas traditur.

Proinde parentes eius, videntes: puerum, animo studiosum, tradiderunt scolasticis disciplinis eum inbuendum. At ille ferventer studio vacabat, pueriles ludos vitabat, lasciviam iuvenum fugiebat, ad habendam scienciam totis

(1) Omnia adsunt in codice, praeter numerum capituli, quem apposui huc et in aliis locis.

http://rcin.org.pl

viribus anhelabat, ut proficiens se ipso melior fieret, et ad scienciam veritatis perveniret. Nec est fraudatus a desiderio suo, nam quod ei etas denegabat, hoc in eo divina gracia supplebat. Puerilibus tandem rudimentis instructus, cum esset iuvenis adultus, verissime est, quod ad locum, ubi forte tunc generale florebat studium, convolavit, et in facultate liberalium arcium studuit. Jn jure quoque divino comprobatur studuisse, quia in cronicis vir litteratus et in rebus divinis illuminatus perhibetur fuisse. Cujus fama et opinione, nec non bone conversacionis odore, Lambertus, qui et Sula dictus, Cracoviensis episcopus, delectatus, fecit in ecclesia Cracoviensi canonicum, qui statim inter canonicos, quasi stella in medio nebule, et quasi iubar inter sydera emicuit singulare. Duplex quippe decus fulgebat in viro venerabili Stanislao, quem non solum generis claritas honorabilem, verum et ecclesiastica dignitas reddebat auctorisabilem.

CAPITULUM IV.

(1) *De eleccione episcopali.*

Denique Lamberto, Cracoviensi episcopo, per mortem mediam de medio sublato, (2) anno

(1) Huc et ubicunque infra numeros solum addidi.
(2) *sublatam*, est in cod.

http://rcin.org.pl

domini MLXXII. Stanislaus in sede pontificali sublimatur, quem divina providencia quasi vas eleccionis futurum ornamentum omni lapide precioso virtutum et quasi lucerna, ut luceret omnibus, qui in domo sunt, posuit super ecclesie candelabrum. Episcopali ergo sublimatus officio, totum se contulit divino famulancium obsequio, super gregis custodiam pervigil excubabat, sibi commissam ecclesiam sollicite gubernabat. Jn culmine dignitatis positus humilitate cum cordis propter deum omnibus erat subiectus.

CAPITULUM V.

De correccione et informacione. (1)

Erat autem in correccione severus et in vigore iusticie rectus. Oracioni, contemplacioni, leccioni, meditacioni, exhortacioni libenter vacabat, et, que de fontibus salvatoris haurire poterat, suis auditoribus libenter habundanter effundebat, parrochias suas visitabat, et, que in eis corrigenda erant, emendare curabat. Quia autem de correccione domos dei diligebat, per suam diocesim, ubi oculos sue providencie ferre (2) non poterat, manusque sue sollicitudinis attingere non valebat, archidiaconos, presbi-

(1) ī *forcioe*, quod siglum indicat forsan: *infortatione.*
(2) *ferri*, legitur in cod.

http://rcin.org.pl

teros, decanos, duces populo dei preponebat, ut errata corrigerent, et ad viam veritatis revocarent.

CAPITULUM VI.

De conversacione bone vite.

Ministrorum ecclesie Christi, maxime autem sacerdotum mundiciam zelabat, et ad vite sanctimoniam, sine qua deum nemo videbit, suo exemplo invitabat. Qui in episcopatu suo gaudebant privilegio clericali, eos astringebat sedulo, ut in eis decor honestatis, pudor castitatis, et bone conversacionis redoleret opinio. Quos vero paterna preibat ammonicio et filialis se querebatur correccio, eos et beneficio spoliabat, et, ne contagione pestifera plurimos perderent, tanquam incorrigibiles de suo episcopatu propellebat.

CAPITULUM VII.

De benivolencia et largitate.

Sanctus Stanislaus, licet esset vir justus et severus, tamen peccatores, ad penitenciam redeuntes, largo sinu excipiebat, et confessiones eorum per semetipsum frequenter audiebat. In

http://rcin.org.pl

causis matrimonialibus discuciendis industrius erat, et causam, quam nesciebat, diligenter investigabat; viduas et orphanos, quos per episcopatum suum, quasi in libro, memorie scriptos habebat, eos suis elemosinis, nunc aperte, nunc occulte, sustentabat, et oppressos a manibus violentorum eruebat. Mensa sua (1) splendida erat et communis maxime spiritualibus viris, non tamen superfluis ferculis vel potacionibus nocturnis, has enim introduxit (2) antiquus error gentilis et abusio prave consuetudinis. Absit tamen, ut hec corruptela locum habuerit in pontificis Christi mensa, quem nunquam in desiderijs et concupiscencijs tenuit carnis cura.

CAPITULUM VIII.

De honestate familie.

Peculiarem familiam ac domesticam clientelam, ut vir pudicus et castus, sub omni castitate vivere monebat et honestate. Curiales eius et benefici, exemplo domini sui vite provocati, sive in via, sive in domo, nulli penitus

(1) *suo*, legitur in codice, quod, nisi intelligere mavis *eo praesente* vel *ejus praesentia*, mutandum esse censeo in *sua*, quia saepe hoc pronomen occurrit loco pronominis *ejus*, *istius*, etc.

(2) vox praeposita *antiquitus* in contextu codicis est deleta, linea per transversum ducta, et statim scriba pinxit: *antiqꝯ* = *antiquus*.

http://rcin.org.pl

erant honerosi. Jpse enim erat quasi vitis fructificans suavitate odoris, ideoque sui palmites, capellani videlicet et milites, preferebant fructus honoris et honestatis. Decimas suas colligi faciebet vel vendi, oportuno tempore, per suos provisores sine pauperum lesione. Quod non a plerisque servari videtur hodie, (1) equum pondus, equa mensura, equum habebat et modum, eo quod, pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque (2) abhominabile sit apud deum.

CAPITULUM IX.

De iusticia.

Non sectabatur avariciam vir iustus, que est ydolorum servitus, sciens, quod avaro (1) nichil est scelestius, qui, ut dicit Jeronimus, et oblato (2) indiget et animam suam venabilem (3) habet. Ecce vir sanctus, adherens deo, sic vixit in mundo, sic, inquam, quod sibi sobrie

(1) Verba: *quod non a plerisque — hodie*, refero non ad decimas, sed ad pondus et mensuram, dum codex interpunctionis signa nullibi ponat.
(2) duplex nempe, alterum justum, alterum adulterinum, propter calidum et dolosum usum, utrumque abominabile declarare videtur auctor.
(1) *auro*, vel *aure*, habet codex.
(2) *oblacio*, legitur in cod.
(3) *ven'abilem* = *venerabilem* legit cod.

http://rcin.org.pl

et utiliter, proximo iuste et sociabiliter, deo pie et humiliter, vivere studuerit, licet enim corpore ligatus teneretur in seculo, tamen mente conversabatur in celo. Sic in procellis persecucionum anchoram vite sue fixam tenuit, quod usque ad mortem pro iusticia certavit. Naviculam autem suam, id est: puram conscienciam, plenam mentibus celestibus, ad portum salutis produxit, et in eterne quietis littore collocavit, prestante domino nostro Jeshu Christo.

CAPITULUM X.

De dispensacione Kazimiri. (1)

Cum beatus Stanislaus et rex Kazimirus contemporanei fuerunt et coevi, ut superius dictum est, et non potest simul dici, quod simul factum est, iam, deo opitulante, descripto beati

(1) Hocce capitulum legitur insertum in cod. Heilsb. et in editionem Ged. p. 69. exinde est receptum, in lib. I. inter cap. XVIII. et XIX. secundum nostram editionem.

Talis vero ibidem praemittitur praefatio: „Hec in ista „Cronica ita se habent, atque leguntur. Sed scien„dum est, quod iste Kazimirus commotus spiritu „nescitur (vox haec *nescitur* deest in ed. Ged.) „sive enim ex inductione Ottonis, imperatoris, ter„cii, avunculi sui, sive ecciam ex materna induc„cione penitus ignoratur, ordinem sancti Benedi„cti Cluniaco (*Cluniaci*, ed. Ged.) monasterium „introivit, ibique in sancta conversacione degens „VII. annos inplevit, et ad finem perduxit, po-

http://rcin.org.pl

Stanislai vite ordine, ut eius quoque passionis triumphum ad finem debitum deducamus (2), necesse est, ut de Kazimiro prelibatam (3) hystoriam prosequamur. Jgitur Kazimiro, dicto Karolo, in monasterio Cluniacensi (4) degente et in (5) habitu beati Benedicti iam septimum annum agente, solempnes nuncij nobilium Polonie obtulerunt ei et abbati suo munera, (6) vasa aurea et argentea, subinferentes, quot clades et quanta mala propter eius absenciam sustineat Polonia, petunt dominum abbatem, supplicant Kazimiro, ut in Poloniam redeat, regnum et populum suum ab incursibus hostium (7) defendat. Abbas habito (8) consilio respondit, se non posse satisfacere peticioni ipsorum et desiderio, quia, qui renunciavit seculo, non potest redire ad seculum, nisi provida summi pontificis ad hec (9) accederet dispensacio.

„ stea autem ad regnum de monasterio revocatus est, „ sicut in libro de passione sancti Stanislai legitur, „ sub hujuscemodi continencia et tenore. „ (Sequuntur jam verba capituli X.)

(2) *ut superius dictum est*, — usque ad — — *ad finem debitum deducamus*, desunt in cod. Heilsb. et in ed. Ged. p. 69.

(3) *prelibatam*, deest in cod. Heilsb. et ed. Ged. l. c.

(4) *Cluniatesi*, cod. Gnesn. *Cluniacensi*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 69.

(5) *in*, cod. Heilsb. et ed. Ged. praeponunt. quod deest in cod. Gnesn.

(6) *munera*, addidi ex cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 69.

(7) *hostium*, deest in cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 69.

(8) *adhibito*, ed. Ged. Jn cod. Heilsb. *habito*, quia *a* est deletum.

(9) *ad hoc*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 69.

http://rcin.org.pl

Tunc legati, accepto responso, Romam adeunt, summo pontifici Benedicto nono legacionem proferunt, dispensacionem petunt, allegant cladem Polonie, prophanacionem fidei Christiane, incendia ecclesiarum, subversionem (10) urbium, violacionem virginum, oppressionem viduarum (11), effusionem sanguinis innocentum, et multitudinem Christianorum (12) deductam in captivitatem et redactam in servitutem paganorum. His papa Benedictus, et fidei Christiane, nec non genti (13) orbate principe, casibus compassus, ad tenenda regui gubernacula Kazimirum in Poloniam redire decrevit. Ne autem regnum Polonie successore careret, cum eodem Kazimiro misericorditer dispensavit, ut matrimonium contraheret; ob cuius dispensacionis officium (14) ac recordacionis memoriale signum indictum est Polonis, ut in tonsura rotunda confirmarent se moribus religiosorum; (15) statutum est nichilominus, ut pro alendo lumine ecclesie beati Petri Rome censum solverent, qui vocatur (16) Swathope-

(10) *subversacionem*, cod. Heilsb. *subversionem*, ed. Ged. ibid.

(11) *oppressionem virginum*, *violacionem viduarum*, cod. Heilsb. *oppress. virg.* desunt in ed. Ged.

(12) *Christianorum*, addidi ex cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 69. in quibus *ductam* pro *deductam* quoque legitur.

(13) *gentis*, ed. Ged. p. 69. errore typographi.

(14) *effectum*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 69. pro *officium*.

(15) *conformarent* (*se*, addit adhuc ed. Ged.) *senioribus monachorum*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 69.

(16) *quod vocavit*, cod. Gnesn. *quod vocatur*, cod Heilsb. *qui vocatur*, ed. Ged. p. 69.

http://rcin.org.pl

tre (17), id est: sanctum (18) beati Petri. Excuti negocium, assecuti propositum legati Polonorum, leti et alacres, redeunt Cluniacum, (19) et exinde, excipientes regem suum Kazimirum, veniunt (20) in Alemaniam ad imperatorem Ottonem, avunculum suum, ubi, cum exercuisset (21) magne probitatis audaciam, (22) sexcentorum virorum armatam miliciam ad eum reducendum (23) et in regnum intronizandum transmisit imperator in Poloniam. (24) Huc (25) veniens, licet cum difficultate ac bellorum certamine, tandem, hostibus expugnatis, cum pace possedit regnum Polonie. Et accipiens uxorem, de Rusie principibus nobiliorem, nomine Dobrouegam, dictam cognomine Mariam, genuit ex ea IIII. filios, primogenitum Bolezlaum, secundum Wladislaum, tercium Meschonem, quartum Oddonem. Denique (26) anno domini MLVII. rex Kazimirus

(17) *szwantho petrze*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(18) *solidus*, ed. Ged. contra auctoritatem codicum, qui habent: *sanctum*.
(19) *Clunatum*, cod. Gnesn. *Cluniacum* cod. Heilsb. et ed. Ged.
(20) *venerunt*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(21) *excreuisset*, est in cod. Gnesn. et Heilsb. atque in ed. Ged. p. 69.
(22) *improbitatis audacia*, ed. Ged. p. 69.
(23) *deducendum*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(24) Hoc loco abrumpunt filum cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 69.
(25) *Huic*, incuria scribae habet cod. Gnesn.
(26) Cod. Heilsb. p. 166. et ed. Ged. p. 73. — 77. multa in chron. Mart. Galli receperunt ex vita hac S. Stanislai, ab hoc loco sic ordiendo: *De eodem Bo-*

http://rcin.org.pl

rus vita excessit, et Bolezlauus, filius eius, in regnum (27) successit.

CAPITULUM XI.

De successione Bolezlaui in regnum.

Rex itaque Bolezlauus, regno potitus (1), armis et viribus factus est audax et bellicosus rebus in arduis aggrediendis, magnanimus in donativis, (2) liberalis et prodigus tyrannus militibus (3). Erat enim predo civium, oppressor pauperum, conditor legum iniquarum, sentina (4) carnalium viciorum. Quem beatus Stanislaus paterna sollicitudine, tanquam filium prodigum, ad penitenciam provocabat, et quasi Samuel alium (5) Saulem deflebat. Ipse vero limo viciorum infixus, et typho superbie elatus (6), quasi freneticus contra salutis medi-

22

leslao capitulum sequitur. De hoc Boleslao in libro de passione sancti Stanislai legitur ita. Anno dni MLVIII. (differt ergo numerus) etc.

(27) *in regnum*, desunt in cod. Heilsb. et in ed. Ged. p. 73.

(1) *Potitus itaque B. regno*, cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 73.

(2) *donationibus*, ed. Ged. ibid. et cod. Heilsb.

(3) *sed tamen tyrannus* pro *t. militibus*, ed. Ged.

(4) *sententiam*, non recte cod. Heilsb. *sectator*, ed. Ged. p. 73.

(5) *alium*, deest in ed. Ged. adest in cod. Heilsb.

(6) *typho superbie inflatus*, ed. Ged. *typo*, uterque cod. *inflatus*, cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

cum, letiferas inimicicias in suo corde confovebat, et, licet ab eo immeritus persecucionem propter iusticiam (7) pateretur, tamen pius pater pro ipso orare et eum monere sedule non verebatur. Quia vero scriptum est, quod (8) peccator, cum veniret (9) in profundum viciorum, contempnet contra deum, erecto collo et pingui (10) cervice armatus non solum incedere (11), sed eciam sui presulis, ut homo peccator, correccionem (12) cepit contempnere. Videns autem presul Stanislaus suam ammonicionem in eo minime proficere, cepit suum familiare contubernium vitare (13), et a suis colloquijs sese subtrahere, ne sibi tacitus videretur consentire. Abhominabatur quippe vir iustus inter alia execrabile (14) genus rapine. Cum enim ad sua colloquia conveniebant, prata et annonas hominum depascebant, septa domorum comburebant, quod ipse et sui primores, et nunc (15) ipsorum sequaces, dicunt esse ius terre (16) commune, in preiudicium

(7) *per injusticiam*, ed. Ged. *per justiciam*, cod. Heilsb.
(8) *quod*, deest in ed. Ged. p. 73. et in cod. Heilsb.
(9) *venerit*, ed. Ged. et cod. Heilsb.
(10) *pingui*, deest in ed. Ged. adest tamen in cod. Heilsb.
(11) *in cedem* pro *incedere*, ed. Ged. *incedere*, cod. Heilsb.
(12) *coercicionem*, ed. Ged. *correccionem*, uterque codex.
(13) *evitare*, ed. Ged. *vitare*, ambo codices.
(14) *execrabile*, ed. Ged. et cod. Heilsb. *inexecrabile*, cod. Gnesn.
(15) *nunc*, deest in ed. Ged. adest tamen in cod. Heilsb. quoque.
(16) *terrestre*, ed. Ged. et cod. Heilsb.

http://rcin.org.pl

universalis iusticie. Ob has causas et plurimas abusiones ab eorum consiliis et tractatibus (17) se abstrahebat, sed in ecclesia sua residebat, officium divinum cum suis clericis alacriter explebat, et divina misteria sepius celebrando frequentabat.

CAPITULUM XII.

De suscitacione Petri militis. (1)

Eodem tempore pontifex Stanislaus emit villam Potrauin dictam pro certa summa pecunie a Petro milite, quo supervivente possedit eam vir dei multis diebus quieto iure, quo tandem mortuo, et in territorio eiusdem ville sepulto, fratres eius vel propinqui ceperunt inpedire episcopum de restituenda hereditate. Quo obstante, tandem citatus, coram rege coactus est respondere. Quid plura? coram rege sistitur, querimonia deponitur, partes hinc inde audiuntur, causa litis discutitur, iudicium ventilatur. Ut autem litigancium cesset controversia, nichil iudicium resedit. Summa: ut episcopus a possessione cederet, nisi eum aut, qui vendidit, statuerit, aut instrumentum vendicio-

22*

(17) *tractibus* erat initio scriptum, sed alia manus superposuit syllabam *ta* literis *act*, in cod. Gnesn.

(1) Conf. Czackii observatio in Ad. Narusz. hist. narodu Polsk. Warsz. 1803. p. 472.

http://rcin.org.pl

nis et empcionis exhyberet, aut ydoneos testes produceret. Cum autem episcopus, de sua iusticia confisus, vellet producere testes aprobatos in termino iuxta Potrauin prefixo, testes, constricti timore tyranni, nec in termino comparere presenti, nec testimonium ferre ausi sunt veritati. Videns autem servus dei, quod humanum sibi defecit (2) auxilium, ne ecclesie perderet predium, ad divinum, tanquam turrim fortissimam, profugit presidium. Venit tamen et stetit in termino, et coram rege et principibus hec pronunciavit in consilio (3): O! inquit, regia dignitas et principum Polonie communis equitas, ex quo non invenitur in terra veritas, date mihi vel trium dierum inducias, quod ponam eum coram vobis vivum, qui mihi vendidit, et testetur, cuius est hec hereditas. Quibusdam admiranda, quibusdam quasi quaedam deliramenta visa sunt episcopi verba. Consilium tamen affluit commune, ut ei darentur trium dierum inducie. Tunc beatus Stanislaus his continuis tribus diebus perstitit in oracione, et dixit suis: fratres et comilitones! operam demus vigilijs, ieiunijs, oracionibus, et preoccupemus faciem domini in confessione, et si fidem, sicut granum sinapis, habuerimus, ut in ewangelio ait dominus, quitquid pecierimus, inpetrabimus. Petamus ergo fiducialiter, queramus instanter, pulsemus perseveran-

(2) *iudicium*, vox tanquam erronea punctis supposi-tis notata hoc loco in contextu occurrit.

(3) *concilio*, manus prisca in margine posuit, corrigendo vocem: *consilio*.

http://rcin.org.pl

ter, ut, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Tercius dies affuit, et episcopus diluculo ecclesiam Potraviensem, celebraturus, intravit, peractis divinis, ut erat indutus pontificalibus, accessit ante fores ecclesie, ubi erat Petrus tumulatus, deinde fecit terram de sepulchro deici, et sepulchrum apperiri, et flexis genibus et profusis fletibus oravit ad dominum, dicens: Miserere deus omnipotens, qui dominaris vivorum et mortuorum, defende causam tuam, et deduc ad victoriam iudicium tuum, quoniam diminute sunt veritates a filijs hominum. Revoca quasi de morte ad vitam Petrum, famulum tuum, suscitans de pulvere, egenum ut veritati perhibeat testimonium, qui suscitasti iam fetentem Lazarum et quadriduanum, ut clarificetur et laudetur nomen tuum in secula seculorum. Cumque respondissent, qui aderant, Amen! accessit et pontificali baculo cadaver tetigit, et clam voce dixit: Jn nomine patris et filij et spiritus sancti! Surge Petre! qui dormis, et exurge a mortuis! surge et sta! in medium veritati perhibendo testimonium, ut augeatur fides credencium, et obstruatur os iniqua loquencium. Qui continuo surrexit, dansque illi manum, vivum de sepulchro allevavit, et ante regem et (4) concilium usque perduxit, et ait: En! inquit, Petrus ille, cuius vive vocis protestacio magis vobis valere debet, quam instrumentorum vel testium produccio. Requirite ipsi eum, qui mihi villam vendidit, et precium pro ea accepit; per-

(4) pro *et* superposuit manus prisca *in*.

http://rcin.org.pl

sona nota est vobis, virtute dei restituta coram oculis nestris. Nec putetis, fantasma esse, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut hunc videtis habere. Rex autem et universa multitudo populi stabant stupefacti ad novitatem miraculi, et omnes, qui eum noverant, nec spem nec tergiversacionis locum ultra habebant. Petrus miles requisitus de veritate, protestatus est omnem veritatem, et quod Stanislao, episcopo Cracoviensi, vendidit hereditatem. Insuper monuit suos propinquos, quod virum sanctum super hoc non molestarent, quia in illa hereditate nullum jus haberent, et nisi ab illatis iniurijs desisterent et peniterent, multa eos supplicia in tormentis manerent. Eos autem, qui asseruerunt comercio et se subtraxerunt a testimonio, gracia, timore, munere, vel odio, nisi, inquit, penitenciam egerint de commisso, sciant, se esse privandos veritatis, que divis est consorcio. Rex autem et assidei ex assercione facti testimonii, comprobata veritate fidei, dederunt episcopo palmam victorie, et posuerunt eum in plena possessione ville. Qualiter autem modo sit a iurisdictione ecclesie alienata, non est temporis instantis parabola. Petrus autem miles, peracto veritatis officio, reversus quievit in suo sepulcro. Sanctus autem Stanislaus, facta commendacione anime super Petri funere, reversus est ad locum suum cum comitatu suo, gracias agens pro universis beneficijs omnipotenti deo, cui est honor et gloria.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XIII.

Exemplum (1) *de baculo beati Petri apostoli.*

Probabile est autem et verisimile, quod iste Petrus, qui ad testimonium veritatis beati viri precibus per divinam dispensacionem a mortuis ad tempus fuerat suscitatus, sicut Lazarus, multorum questionibus interrogatus satisfacere, ut et se homines corrigerent, potuit premunire. Nec miretur aliquis nostris temporibus tante novitatis prodigium, cum similia miracula legimus in gestis sanctorum, et in ecclesiastica historia similimum per beatum Petrum apostolum esse pertractatum circa Maternum, discipulum suum, quem miserat cum Marceali condiscipulo in urbem Treverensem ad predicandum, quem Marcealis in via mortuum et sepultum, ad Petrum rediens, nunciavit, et accepto baculo Petri ad sepulcrum post XXX. dies a Roma redijt, et, aperto Materni monumento, eodem baculo cadaver tetigit, et clare voce dixit: beatus Petrus, apostolus domini nostri Jeshu Christi, precepit tibi, Materne! surge! baculum meum accipe! ad urbem Treverensem perge! et ministerium tuum, ad quod missus es, imple! Qui continuo surrexit, et baculum Petri tulit, Treverim venit, et verbum

(1) *Exemplum capitulum de* etc. est in cod.

http://rcin.org.pl

salutari predicacione complevit. Quapropter ad memoriam tanti miraculi et misterium fidei, usque hodie, Romanus pontifex pastorali baculo caret, et Treverensis ecclesia baculo privilegiata gaudet. Si ergo pensamus virtutem utriusque miraculi, videlicet beati Petri, qui suscitavit Maternum ad predicandum dei verbum, et beati Stanislai meritum, quia suscitavit militem Petrum ad ferendum (2) veritati testimonium, utrumque est salutis fideique negocium. Notandum autem, quod milibus et similibus prodigijs sive divine virtutis pensatur operacio (3), nullum est miraculum, quia omnia possibilia sunt apud deum. Si autem sanctorum attenditur meritum et secundum donum, deus, a quo bona cuncta procedunt, hoc in eis operatur bonum, secundum illud dictum ewangelicum: Qui in me credit, opera, que ego facio, faciet, et maiora horum.

CAPITULUM XIV.

De malicia Bolezlaui.

Rex autem Bolezlauus (1), ut perversus et reprobus, (de quo scriptum est: Considera opera dei, quod nemo potest eum corrigere, quem deus despexit;) nec timore tactus, nec

(2) *adferendi* vel *ad ferendi*, est in cod.
(3) *opacio*, habet cod. absque ullo compendii signo.
(1) Totum hocce caput codex Heilsb. p. 168. et ed. Ged. Martini Galli p. 73. 74. iterum exhibent.

http://rcin.org.pl

presenti miraculo compunctus (2), nec commonicione paterna (3) correctus, in suis sceleribus persistebat obfirmatus (4). Confirmatus autem in regno, tria proposuit in animo suo: ut iniuriam suorum (5) parentum in nobilibus Polonie, qui eos exulare de regno fecerant, (6) vindicaret; ut terminos regni, quos ammiserant parentes sui, recuperaret; ut (7) omnes regiones, que patribus suis vectigales fuerant, et recesserant (8), suo imperio subiugaret. Vallatus itaque suo forti et magno exercitu exteras (9) per circuitum regiones peragravit, contra rebelles multa prelia comisit, et regiones et castella et municiones eorum igne succendit. (10) Jam VII. (11) annus volvebatur, quo rarus in patria, continuus in castris, semper vero apud hostes, morabatur. Commixtus autem gentibus (12) didicit opera eorum et servivit inmundicijs eorum. Traditus quoque in reprobam servitutem passio-

(2) *nec pr. mir. compunctus*, desunt in cod. Heilsb. et ed. Ged. quia miraculum quoque ibidem est ommissum.
(3) *ammonicione paterna*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(4) *obphanatus*, codices. *obfirmatus*, ed. Ged.
(5) *suorum*, deest in cod. Heilsb. et ed. Ged.
(6) *facerent*, cod. Gnesn. *fecerant*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(7) *et* pro *ut*, ed. Ged.
(8) *et recessarant*, desunt in cod. Heilsb. et in ed. Ged.
(9) *exteras*, deest in ed. Ged.
(10) *combussit*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(11) *Item unus*, ed. Ged. in cod. Heilsb. vero adest siglum, quod vel *unus* vel quoque VII. legi potest.
(12) *inter gentes* p. *gentibus*, cod. Heilsb. et ed. Ged.

http://rcin.org.pl

nis (13) ignominie et contumelie affectus, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. Gloriam suam in (14) ignominiam, et naturalem usum mutavit in eum usum (15), qui est contra naturam. (16) Dum igitur, avidus victorie, prosperis (17) successibus mulceretur, et perdiutissime extra regnum moraretur, mora eius, licet rei publice multum attulit comodi et utilitatis, sed multo magis ingessit discriminis ac fede (18) dissolucionis. Nobilibus enim Polonie, cum bellorum exercitacionibus occupatis, interim uxores et filias (19) eorum servi ad sua vota inflectunt, (20) quasdam longa maritorum expectacione fessas (21), alias desperacione deceptas, vi nonnullas ad serviles amplexus pertractas (22). Servi (23) itaque parturientes (24) in dominos suos, lares ipsorum et cubicula occupant, municipia firmant,

(13) *in reprobum sensum passionibus*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(14) *in* apposui, quamvis desit in codice Gnesn. adest tamen in cod. Heilsb. et ed. Ged.
(15) *mutavit in eum usum*, desunt in cod. Heilsb. et in ed. Ged.
(16) *vertit*, additum in ed. Ged.
(17) *propriis* pro *prosperis*, ed. Ged.
(18) *fide*, cod. Gnesn. *fede*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(19) *et filius*, cod. Heilsb. *uxores eorum et servi*, ed. Ged.
(20) *inflectuntur*, ed. Ged. et cod. Heilsb.
(21) *quedam — fesse — alie — decepte*, etc. nominativo casu utitur ed. Ged.
(22) *protracte*, ed. Ged.
(23) *Qui* pro *servi*, ed. Ged.
(24) *contumaces*, ed. Ged. pro *parturientes*.

http://rcin.org.pl

(25) castella extruunt, reversuris bellum indicunt (26), at illi comperta fama tante prodicionis ac (27) sceleris perpetrati, zelo iniurie vindicande (28) animis concitati, contra regis imperium, ad propria reversi sunt illicenciati. Tandem, servorum municiunculis expugnatis, pro singulari temeritate singulariter (29) eos perdiderunt supplicijs. Sed et feminas, que ultro servis consenserant, et legittimi thori prevaricatrices (30) extiterant, penis atrocissimis peremerunt. Ex tunc olea molestiarum. (31)

CAPITULUM XV.

De superbia Bolezlaui. (1)

Bolezlauus vero, post cedem adversariorum, elevatus in superbiam, bellue rugientis induens

(25) *servant*, ed. Ged.
(26) *b. inducunt*, cod. Gnesn. *bella indicunt*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(27) *in* pro *ac*, non recte in cod. Heilsb. *in sceleris perpetratores*, ed. Ged.
(28) *vindicandi*, cod. Heilsb. *vindicande*, ed. Ged. *vindicasse*, cod. Gnesn.
(29) *singularibus* pro *singulariter*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(30) *prevavicatrices*, ed. Ged.
(31) *moleastz.* legitur in Gnesn. codice. *Ex tunc etc.* desunt in cod. Heilsb. et in ed. Ged.
(1) Et hoc capitulum est in Martinum Gallum insertum in cod. Heilsb. et in ed. Ged. p. 74. 75.

http://rcin.org.pl

seviciem (2), efferatis animis redijt in Poloniam, et in suos nobiles, quam (3) dudum mente conceperat (4), retorsit (5) maliciam, fingit illos iniurias suas non implere (6) ulcisci, sed regiam (7) maiestatem in plebe persequi. Gloria, inquit, est principis in multitudine populi, et plebe deleta quid nisi (8) ignominia regis? Ait eciam, viros uxorios (9) sibi non placere, nec simul sibi et earum (10) voluntate deservire, quibus plus placet (11) causa feminea, quam principis obsequela. Conqueritur nichilominus, non solum apud hostes se esse (12) desertum, sed prodiciose ultro (13) hostibus expositum. Proinde convocato totius regni sui concilio, precipuos et maiores capitis abscisione dampnavit (14), et quos aperte perimere vel capere veretur (15), insidijs aggre-

(2) *seviciam*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(3) *quē* = *quem*, errore scribae habet codex Gnesn.
(4) *conceperat*, cod. Heilsb. et ed. Ged. *contemperat*, cod. Gnesn.
(5) *retrorsit*, est in cod. Gnesn. *retorsit*, in cod. Heilsb.
(6) *implere*, deest in ed. Ged.
(7) *regina*, cod. Heilsb.
(8) *n'* = *nisi*, cod. Heilsb. Ed. Ged. *et plebe deleta etc.* habet, omittens reliqua *q. ign. regis.*
(9) *uxoris*, cod. Heilsb. non recte. *viros sibi non placere*, ed. Ged.
(10) *eorum*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(11) *placeret*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(12) *eum* pro *esse*, cod. Heilsb non bene ponit. *esse* vel *eum* deest in ed. Ged.
(13) *sed prodicione* se *ultro*, ed. Ged.
(14) *capitali sententia condempnavit* pro *c. ab d.* cod. Heilsb. et ed. Ged.
(15) *veretur*, deest in ed. Ged.

http://rcin.org.pl

ditur. Mulieres quoque, quibus mariti pepercerant, ducti humana mansuetudine, tanta insectatus est inhumanitate, ut ad earum ubera catulos applicare non horruerit (16), infantulis abiectis, et multis fame et gladio peremptis, quibus hostis pepercisset, si Scita vel gentilis fuisset (17). Astruebat eciam, opportere pocius extirpari scandala, quam foveri. (18) O! quis calamo describere, quis verbo potest edicere, (19) quanta tunc fuerit sanguinis effusio, quantus dolor, et planctus in Poloniae exterminio? (20) Quot tunc mulieres ingenue, (21) quot nobiles matrone, quot denique (22) maritate pudice servili prostitute sunt incestui et abiecte (23) ostentui! Quia (24) autem servorum in dominos conspirata est malicia, quot capita supplicijs exposita! Hoc de vena exiciali (25) crudelissimi Bolezlaui processit. Hoc de fonte amaritudinis ipsius emanavit. Ecce vir iste quantis debuit laudibus extolli, (26) qui pro-

(16) *horreret*, ed. Ged.
(17) *si S. vel g. fuisset*, desunt in ed. Ged.
(18 *Astruebat — — foveri*, desunt in cod. Heilsb. et in ed. Ged.
(19) *possit exprimere*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(20) *Polonia ex termino*, cod. Gnesn. *polonico exterminio*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(21) *ingenuo*, est in cod. Gnesn. ingenue, in cod. Heilsb. et in ed. Ged.
(22) *mulieres*, addit cod. Heilsb. et ed. Ged.
(23) *habite*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(24) *quot* pro *quia*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(25) *exiciali*, deest in cod. Heilsb. ei in ed. Ged.
(26) *extolli*, cod. Heilsb. et ed. Ged. addunt; deest in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

pter (27) excellenciam sue largitatis authonomasice (28) dictus est (29) largus, ob insignem audaciam virtutis appellatus est bellicosus. Quante enim liberalitatis, quanteque probitatis extiterit, per singula non est necesse declarare. Si quis autem eius facta curiosius voluerit (30) perscrutari, de multis eius vanitatibus in cronicis Polonorum poterit edoceri. Licet autem bonum virtutis fundamentum gessisse (31) videatur, sed tamen, terra sabulosa dehiscente, omne, quod videbatur esse de genere bonorum, corruit in abyssum. Et quia ambiciosos (32) oportet esse liberales, cum expectant (33) humanos favores, quod in eo fuit liberalitatis, vento ambicionis exsufflatur, (34) quod vero strenuitatis extitit, profundo viciorum involvitur.

---

(27) *per*, ed. Ged.
(28) *authonomasie*, cod. Gnesn. — *sice*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(29) *est* addit cod. Heilsb.
(30) *voluit*, ed. Ged.
(31) *jecisse*, ed. Ged.
(32) *ambiciosis* erat scriptum in codice Gnesn. sed correctum *is* in *os* apparet manu posteriori, prisca tamen.
(33) *expetant*, cod. Heilsb. *expectant*, ed. Ged.
(34) *sufflatur*, ed. Ged.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XVI.

De occisione beati (1) Stanislai.

Videns autem beatus Stanislaus episcopus (2), quod virum sevum Bolezlaum a suo nephario opere et a sua truculencia modo paterno minime posset revocare, sed quasi lupum rapacem et beluam sevientem in oves dominicas (3) debachari, et gladium tyrannidis eius in populo Christiano grassari (4), et sanguine innocencium debriari (5), iura quoque thori maritalis violari, iusticiam opprimi, homines non vereri, deum non timeri; ascendens ex adverso, se murum pro domo domini (6) opposuit, et bonus pastor animam suam pro suis ovibus ponere non dubitavit. Premissa igitur frequenti admonicione (7), secundum formam ecclesiastice discipline, prius (8) quidem illi regni cominatur excidium, deinde anathematis intentat gladium, ecclesie denegans introitum. At

(1) *sancti* loco *beati* ponunt cod. Heilsb. et editio Martini Galli Ged. p. 75. 76. in quibus et hoc capitulum est receptum.
(2) *episcopus*, deest in cod. Heilsb. et in ed. Ged.
(3) *domesticas*, ed. Ged.
(4) *crassari*, cod. Heilsb.
(5) *ebriari*, ed. Ged.
(6) *domino*, cod. Gnesn. *domini*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(7) *ammonicione*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(8) *secundum — — prius*, desunt in ed. Ged.

http://rcin.org.pl

ille paterne correccionis impaciens, quasi lignum aridum et tortuosum, quod facilius frangi potest quam dirigi, (9) maiori vesania inducitur (10), et, ut alter Pharao, iusto dei iudicio, maiori duricia cordis excecatur. Sancto igitur presule Stanislao, in ecclesia sancti Michaelis de Rupella, divina misteria celebrante, et pro sibi commissis atque (11) pro imminenti discrimine sanctorum patrocinia inplorante, atque contra impium anathematis summam (12) provulgante (13), Bolezlaus, quasi draco sevissimus, subito advolat, ut Christi presulem, quasi agnum mansuetum, ad victimam protrahat (14). Stans ergo pre foribus (15) ecclesie, stomachanti voce ad suos satellites clamat, ut episcopum extra limen ecclesie protrahant (16). Satellites autem iniqui, quociens irruere tentant, (17) tociens cadunt, tociens compuncti (18) ruunt, tercio prostrati et aurisia percussi mansuescunt. Quos ille, repletus furore, obiurgat indignantissime. O! inquit,

(9) *in*, cod. Gnesn. quod deest in cod. Heilsb. et in ed. Ged.
(10) *induitur*, ed. Ged. et cod. Heilsb.
(11) *et*, cod. Gnesn, quod bene deest in cod. Heilsb. et in ed. Ged.
(12) *sentenciam* pro *summam*, ed. Ged.
(13) *promulctante* (promulgante) cod. Heilsb. *promulgante*, ed. Ged.
(14) *pertrahat*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(15) *igitur ante fores*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(16) *pertrahant*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(17) *temptant* est in cod. utroque.
(18) *compuncti*, deest in ed. Ged.

http://rcin.org.pl

quit, ignavi et degeneres! non potestis unum (19) sacerdotem trahere! Deinde irruens ipse ad aram, ut Dorchydumeus (20) inter insulas, non ordinis, non loci, non sanctorum, non divinam reveritus maiestatem, in Christum dominum manus inicit violentas, (21), et, ab ara trahens antistitem, primus in caput pontificis vibrat suum ensem. Ipse sponsum a gremio sponse, pastorem ab ovili, ipse patrem inter filie amplexus, et filium in maternis pene obtruncat visceribus. O luctuosum (22) funeris spectaculum! Sanctum prophanus, pontificem sacrilegus, pium sceleratus crudeli gladio prosternit, et, ense siciente sanguinem (23), dignam deo victimam efficit. Sic iustus cadit coram impio, sic bonus pastor moritur pro grege suo. Sic granum frumenti, cadens in terram, surgit in uberem spicam, et excussum (24) palea transit in horreum domini, cum fruge (25) multa; sic miles, sic dei adletha agonizat pro iusticia; sic Nabochnerus moritur in aera, ut mortuum oletum (26) transeat vinea

(19) *virum* pro *unum* ed. Ged.
(20) Sic legitur in cod. Heilsbergensi, codex vero Gnesnensis habet: *ad hec ydumeus.* Ed. Ged. *ut Doech ydumeus inter infulas.*
(21) *injecit temere violentas*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(22) *fluctuosum*, cod. Gnesnen.
(23) *saciato sanguinem*, cod. Heilsb. *saciato sanguine*, cod. Gnesn. *siciente sanguinem*, ed. Ged.
(24) *excussa*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(25) *dominicum fruge*, ed. Ged.
(26) vel *oleris*, quia scriptum: *olez.* in cod. Gnesn.

http://rcin.org.pl

(27); sic cruentissimus (28) innoxium scelestis manibus interimit martirem gloriosum, et singulos artus minutissime dissecans membratim discerpit, bestijs et volucribus celi (29) in omnem ventum dispergit, ac si a singulis membrorum partibus pena exigi debuisset, (30) et memoriam nominis ipsius auferri de subcelo debuisset. O iocundum (31) et suave dei iudicium! quod ille superbissimus Bolezlauus, humilis pontificis malleator, quem manibus scelestis malleavit (32), quasi sponsum dyademate decoravit (33), non sine regali purpura, beato martiri Stanislao, aulam regis eterni ingressuro, fabricavit. (34)

---

(27) *sic N. — — vinea*, desunt in cod. Heilsb. et in ed. Ged.

(28) *crudelissimus*, ed. Ged.

(29) *in celum et omnem*, ed. Ged.

(30) *debuisti*, cod. Gnesn.

(31) pro voce *jocundum* in cod. Heilsb. spatium vacuum relictum; ed. Ged. posuit *arcanum*.

(32) *malleator — — malleavit*, desunt in ed. Ged. loco quorum *etc.* indicant omissa.

(33) *dyadema*, omissa voce *decoravit*, cod. Gnesn. Restitui locum ex cod. Heilsb. et ed. Ged.

(34) *etc.* est in cod. Heilsb. et in ed. Ged. quamvis nil deficere videatur.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XVII.

De sepultura beati Stanislai.

Omnipotens vero deus, qui in suis operibus semper est laudabilis, et in sanctis suis predicatur mirabilis, ad declarandas et custodiendas sancti viri exequias celestes et terrenas subito deputavit excubias. E quatuor namque mundi partibus quatuor aquile vise sunt advolare, que sublimius locum passionis circumviantes a contactu sacri corporis abigerunt vultures, aliosque sanguipetas alites. Cuius in custodia (1) reverencia pervigili diem nocti et noctem continuant diei. Noctem appellaverim an diem? Diem pocius dixerim, quam noctem. Hec est enim altera nox, de qua scriptum est: Nox ut dies illuminabitur. Mire quoque rutilancie tot in singulis locis celitus divine fulserunt lampades, quot sacri corporis disperse sunt partes. Ac autem alacritate miraculi animati ac zelo devocionis accensi quidam patris sparsas membrorum minucias colligere gestunt, ad locum passionis accedunt, mirabile dictu! corpus integerrimum reperiunt, sine omni cycatricum notamine colligunt (2), et apud eandem basilicam beati Michaelis, iuxta introitum ecclesie, divinis conditum aromatibus recon-

(1) *custodile*, cod. Gnesn.
(2) *collunt*, cod. Gnesnen.

http://rcin.org.pl

dunt, per decennium autem, quo gleba corporis beati Stanislai ad ecclesiam beati Michaelis sepulta quievit, ingens dictarum splendor lampadum ab eodem loco non discessit. Et ex eo tempore deus ad gloriam sui nominis merita sui martiris cepit declarare multis miraculis. Crescebat enim et per ora hominum volitabat virtutum eius opinio, et augebatur populi circa sanctum devocio, fiebant super eius sepulcro frequentes luminum choruscaciones, et erant hominum in eodem loco in oracione devote pernoctaciones, fiebant quoque sancti Stanislai multe revelaciones, et turbulati corde recipiebant multas consolaciones et diversarum egritudinum quam plurimas curaciones, unde accidit, ut, dum quidam devoti iuxta sepulcrum sancti Stanislai invigilarent, viderent per quasdam ostij ipsius rimas illam basilicam celestibus luminibus radiantem, et beatum virum, pontificalibus indutum, ad aram stantem, et pontificalem benediccionem circa eum stantibus dantem. Alias quoque viderunt quam plurimi beatum dei presulem in medio eiusdem ecclesie stare, et cum eo quasi duos choros venerabilium personarum astare, pariterque psalmos Davidicos decantare, et ympnos dulcisonos resonare. Sepulchrum quoque ipsius frequentantibus, et devote osculantibus, et aliquid de pulvere vel lapillis contingentibus, vel secum deferentibus huiuscemodi, et multas egritudines curavit corporis, et quam plurimas fugavit pestilencias. Talibus autem prodigijs ac revelacionibus non solum ad ecclesiam beati Michaelis aparuit, sed eciam ad maiorem ecclesiam

http://rcin.org.pl

translatus, que ad salutem vel consolacionem pertinent, plures edocuit. Denique anulo eius pontificali (3) vel signati, vel intinccione aque potati, innumerabiles infirmi, maxime guturnosi et morbis inflati, non solum fideles Christi, sed et perfidi Judei, per merita martiris gloriosi, usque in diem hodiernum optate restituuntur sanitati.

CAPITULUM XVIII.

Post passionem sancti Stanislai visio cuiusdam matrone.

Factum est post passionem beati Stanislai, cum circulus anni volveretur decimi, quadam die, summo diluculo, dum secundum consuetudinem quedam nobilis matrona sepulchrum eius visitaret, et solitas deo preces ibidem effunderet, videbatur sibi manifeste, quando ecclesiam sancti Michaelis intraret. Et ecce vidit sanctum Stanislaum, pontificalibus indutum, in medio venerabilium personarum stantem, et quasi quandam solempnitatem divinorum cum eisdem agentem.

(3) *pontificalibus*, legitur in cod.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XIX.

De translacione.

Peractis igitur divinis, audit eum sese taliter alloquentem: Vade! filia, deo devota, et dic! episcopo Cracoviensi et canonicis, fratribus meis, ut me transferant ad ecclesiam maiorem, quia hic iaceo sine honore, et ossa mea tanguntur pulvere. Episcopus vero et canonici non increduli divine revelacioni anno domini MLXXXVIII. sacrum corpus eius transtulerunt ad ecclesiam maiorem, cum debita veneracione. Jam vero in majori ecclesia beati Wenceslai positus similibus signis et revelacionibus multis est declaratus.

CAPITULUM XX.

De pulsu campanarum.

Quodam etenim tempore, media nocte, clausis ianuis, campane eiusdem ecclesie audite sunt preter morem pulsare. Proinde dominus Damianus, tunc decanus, et alii canonici a sompno expergefacti ad ecclesiam conveniunt, sed ostia (1) ecclesie diligencius obserata re-

(1) Tam hoc loco, quam supra vox haec *hostia* scripta apparet.

http://rcin.org.pl

periunt. Tandem clamosis vocibus custodibus advocatis, causam ab eis insolite (2) compulsacionis requirunt. Ex quibus duo antiqui sanctuarii, Potres videlicet et Gromatha, qui frequenter in ecclesia excubare consueverant, et suorum sociorum vices gerebant, sciscitantibus tale responsum dederunt: Nuper vidimus beatum Stanislaum divina misteria ad altare celebrantem, et ei chorum ministrorum dei assistentem. Campanas autem, sciatis, non nostro hoc aliquo humano ministro compulsasse, sed per semetipsas sonuisse.

CAPITULUM XXI.

Visio sanctuariorum.

Magister quoque Benedictus, eiusdem ecclesie scolasticus, vir vita et opinione preclarus, qui solebat ante matutinas sepissime ecclesiam intrare, et ibi vota deo suarum oracionum offerre, de hoc viro, supradictis sanctuariis, fide dignis, compertum est, quod dicere solebant ex pietate pueris scolaribus: O pueri et iuvenes! audite nos provectos et senes! Vestro tempore revelabitur magnus thezaurus! Sanctus vir Stanislaus, quem nos vidimus oculis nostris altaria dei circumdantem, et in pontificalibus ornamentis divina misteria pertractantem. Lon-

(2) *insolute*, habet codex.

http://rcin.org.pl

gum est ennarrare et chalamo describere, quot et quantis signis tunc dominus sanctum suum revelavit, sed fragilis humana condicio, ingrata dei beneficio, multa eius miracula neglexit, et processu temporis oblivioni tradidit.

CAPITULUM XXII.

Visio Falizlai. (1)

Cum autem nostris temporibus novissimis tot evidentibus patratis miraculis sanctitas beati Stanislai nec posset nec deberet occultari, fidelium quoque devocio censuit, insistendum eius canonizacioni. Jmminente igitur hujus negocii promocione, domino Wyslao, Cracoviensi episcopo, iam defuncto, et venerabili patre domino Prandota in episcopum substituto, quidam miles Falizlaus, gravem paciens egritudinem, vidit per sompnum huiusmodi visionem. Videbatur enim ei, quod in ecclesia kathedrali pulsarentur campane pro missa dicenda in aliqua magna solempnitate. Et cum idem infirmus properaret in visione ad ecclesiam gracia misse audiende, inveniebat predictum Wyslaum, episcopum, ad pedem montis, rubeis pontificalibus ornamentis sese spoliantem. Eger

(1) Novum hocce capitulum indicatur in codice spacio tantum vacuo relicto, argumentum vero deest, quod addendum esse censui.

http://rcin.org.pl

vero mirabatur, quomodo missa sine episcopo celebraretur, ad quem episcopus conversus, respondit eius cogitacionibus. Non permitor, inquit, ad ecclesiam venire, quia tot annis episcopus fui, et corpus beati Stanislai in terre pulvere iacere sustinui. Idcirco expolior hoc idumento pontificali. Vade autem! et dic! Prandote episcopo: ut non negligat ossa sancti Stanislai de terra levare.

CAPITULUM XXIII.

Visio ejusdem.

Cui ait infirmus: Non credet mihi, inquit, episcopus. At ille: Sic dicas ei et credet: Quare non attendis, quare non pensas, quali morte et qua de causa mortuus est et passus? Quare non advertis, quanta et qualia miracula deus per eius anulum operatur? Quanta fierent, si eius ossa honorifice de terra levarentur? Sicque infirmus evigilans a sua visione, statim liberatus est a sua egritudine, et infra tres septimas convaluit optime. Quibus elapsis recidivavit infirmitatem, et, in quadam extasi positus, vidit super se quandam personam, subpellicio indutam, stantem, et cum quadam indignacione sic dicentem: Quare tu usque huc, que tibi mandavi, dicere neglexisti? Tunc infirmus palefactus statim de lecto surrexit, et ad servos ait: Sellate michi equum, ut vadam ad

http://rcin.org.pl

episcopum! Et statim pristine sanitati restitutus ad episcopum venit, et ea, que sibi intimata fuerant, nec non et ea, que sibi accidererent, fideliter enarravit.

CAPITULUM XXIV.

Miraculum.

Quadam vidua, Adlehidis nomine, theutonica muliere (1) devota, per annum febre cruciata, sola filia eius circa eam vigilante, quedam venerabilis matrona sibi ignota facie per ostium intravit cameram, ubi iacebat illa infirma, et eam per visum ammonuit, dicens: Adlehida surge, et ad sepulcrum sancti Stanislai perge! et dices Throyano, custodi ecclesie, ut dicat Prandote, episcopo, quatenus levet ossa beati viri de pulvere, et lavet ea aqua et vino, et ponat ea in aliquo vase mundo. Quo si ire neglexeris, et hoc non dixeris, a tua infirmitate non liberaveris. Expergefacta infirma vocat filiam, que presens erat, et alios pueros de domo, et que viderat et audierat eis enarrat, et ut ad sepulcrum beati martiris in Cracoviam veniret, sed que dicenda erant Throyano taeuit, et idcirco beneficium sanitatis non promeruit.

(1) *quaedam — — mulier*, nominativum codex habet.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXV.

De eadem muliere.

Sequenti nocte cum maturius surgeret, et oraret, et filia eius dormiret, vidit virum venerabilem ante se stantem, et lingua theutonica sibi dicentem: Adlethidis vade! et, sicut tibi dictum est a matrona illa, dic Throyano custodi, et ipse studeat nunciare episcopo, ut ossa mea de pulvere lavet aqua et vino et ea in mundo vase locet. Tu vero ad sepulchrum meum vade, et anulo meo te signari facias, et statim liberaberis a tua infirmitate. Tunc mater, excitans filiam, visionem ei exponit, et cum ea ad sepulchrum beati Stanislai venit, et impetrata custodi enarrat, anulo quoque eius faciens se signari, protinus restituta est sanitati.

CAPITULUM XXVI.

De voto Fulkonis palatini.

Fulcho, Cracoviensis palatinus, graviter infirmatus, dum in lectulo aliquantulum obdormiret, apparuit sibi vir reverendus, pontificalibus ornatus, et ait ei: Ego sum Stanislaus, Cracoviensis episcopus. Dic omnibus necessitatem pacientibus, ut sepulchrum meum visi-

http://rcin.org.pl

tent, et consolacionem in omni turbulacione recipient. Cumque evigilasset, et super visione cogitaret, secundo obdormivit, et eundem sermonem audivit. Cumque de secunda apparicione miraretur, tercio idem episcopus eadem verba peroravit, et visioni divine non incredulus, que audierat, omnibus devote nunciavit. Denique post hanc visionem circa finem anni Poznan filius eius graviter cepit infirmari, et in tantum, quod de vita desperatus, et mutus effectus, credebatur mortuus. Pater vero illius, recordatus, quod a beato Stanislao audierat, quod omnes, necessitatem pacientes, invocato eius nomine deberent recipere consolaciones, tunc cum omni fiducia resolutus, in lacrimis beati Stanislai martiris cepit puerum recommendare, quem iam in extremis videbat laborare. Tunc puer, aperiens oculos, patrem flentem aspexit, et ait: Pater! quid dicis de sancto Stanislao? At ille: Voveo te, inquit, illi, et committo, fili mi! Et puer ad patrem: Effac me, inquit, cito deduci ad sepulchrum beati Stanislai, et continuo liberabor. Pater vero, quia nox erat, distulit, sed diescente iter arripuit, et cum ad sepulchrum venit, puer perfectam sanitatem percepit.

CAPI-

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXVII.

De elevatis (1) *ossibus sancti Stanislai.*

Talibus ergo signis et revelacionibus provocatus Prandota, Cracoviensis episcopus, cum consilio sui capituli ossa beati Stanislai de terra levavit, aqua et vino lavit, et in vase mundo super terram honorifice collocavit. Extunc autem crebrescentibus evidencius beati martiris prodigijs, eiusdem episcopi Cracoviensis et canonicorum dignum duxit devocio, ut hoc ipsum negocium, cum prelatorum omnium Polonice ecclesie testimonio, domino pape deferrent Jnnocencio, qui, habito super hjis cum cardinalibus consilio, per suos veredarios viros, fide dignos, a latere suo semel et bis missos, de beati Stanislai vite sanctitate, morum honestate, ac miraculorum operacione, dignissime fecit inquiri, et scriptis omnibus, cum fidelium atestacionibus, ac consignatis omnium prelatorum ecclesie sigillis, hec eadem sedi apostolice fecit presentari. Cum in audiencia sedis apostolice de canonizacione beati Stanislai frequentes examinaciones fierent, et nuncii Cracoviensis ecclesie super sui negocii promocione instarent, cum evidens causa martirii et tanta signorum frequencia ad ipsum proclamaret, papa tamen Jnnocencius hesitabat, quid ageret,

(1) *elevacione*, habet cod.

http://rcin.org.pl

quia dominus Regnaldus, Ostiensis (1) episcopus, precipue inter alios, antiquitatem temporis allegando, forcius obsistebat.

CAPITULUM XXVIII.

De subita infirmitate.

Stupefactus autem dominus cardinalis Johannes Gaythamus, presbiter cardinalis, quod non de facili admitteretur tanti causa martiris, cum tam multa congerie miraculorum, sub tanta nube testium. Unde advocatis ecclesie Cracoviensis nuncijs, ait illis: Necessarium habet sanctus Stanislaus, ut sanctus, operari finale miraculum, quod discordantes in negocio faciat concordare in unum. Dum ergo negocium in pendulo maneret, et tempus tempori succederet, placuit dispensacioni, cuius nemo potest resistere voluntati, predictum Regnaldum, Ostiensem episcopum, gravi infirmitate corripere, et flagellatum ad suum beneplacitum erudire. Qui cum ad extremum vite sue videret propinquare, curavit suum nuncium pro domino papa mittere, ut ei sacramentum unccionis et beneficium absolucionis dignaretur impendere. Interim autem omnes, qui ad eum, gracia visitandi, convenerant, de camera iussit abscedere, ut sibi vacaret, conscienciam consuleret,

(2) Litteram praepositam H omitto, quia infra ubicunque deest, ubi iterum hoc nomen occurrit.

http://rcin.org.pl

et animam suam in extremis positam deo comendaret. Cum ergo solus in domo iaceret et nullus alius adesset, ecce beatus Stanislaus, quasi pontificalibus indutus, ante lectum eius astitit, et, an vigilaret? requisivit. At ille: Vigilo, inquit. Quis es tu? At ille: Ego sum, ait, Stanislaus, Cracoviensis episcopus, cui tu fuisti hactenus contrarius. Infirmus vero spiritu resumpto ait beato viro: Presul sanctissime! mihi, obsecro, ignosce, quod tue canonizacioni videbar obsistere. In hoc, inquit, me dei electum et Christi martirem recognosce! Surge iam sanus a lecto egritudinis tue, et de cetero noli negocium impedire, quia deus decrevit multorum saluti proficere. Sed cum hec dixisset, ab oculis eius evanuit, infirmus vero statim convaluit, et vocatis servis suis ait: Preparate, inquit, mihi, quod comedam, ut domino pape festinus occurram. Mirantur famuli subitam mutacionem domini sui, deum benedicunt, et imperata faciunt. At ille cibo confortatus, et de lecto surgens validus, domino pape ad se properanti obvius venit. Quo agnito papa obstupuit, quia, quem premortuum putabat, sanum vidit. Et cum ab eo requireret, quomodo tam subito insperatam sanitatem recuperasset, respondit: Sanctus Stanislaus, Cracoviensis episcopus, meam ignoranciam increpuit, et me sanum reddidit. Unde quia inscius divine voluntati, hactenus fui contrarius sue canonizacioni, nunc supplex pro complenda eius canonizacione vestram paternitatem imploro. Quod ubi compertum et celebri sermone vulgatum, subito cardinales, qui prius fuerant

http://rcin.org.pl

difficiles, ad conforta negocii omnes unanimes convenerunt, et beatum Stanislaum pro tantorum operacione miraculorum, quorum probacio extitit luculenta, et maxime propter eiusdem miraculum astruunt, esse sanctum et canonizacione dignissimum; nec mora dominus papa cum cardinalibus consenciendo diffinivit canonizandum tante sanctitatis virum, prefixitque locum, basilicam videlicet sancti Francisci, terminum vero nativitatem beate virginis Marie preconizari fecit.

CAPITULUM XXIX.

De miraculis recitatis ante sedem apostolicam. (1)

Recitatis igitur in conspectu sedis apostolice prefatis et alijs quam plurimis beati Stanislai miraculis, ac instantibus ecclesie Cracoviensis nuncijs pro sui canonizacione pontificis, licet sui martirij evidens causa et tantorum signorum frequencia id ipsum pro eo allegaret, papa tamen Jnnocencius hesitabat, quid faceret? Cum ergo tractatus frequentes super hoc negocio inter

(1) Quamvis in hoc capitulo eadem repetuntur incuria scribae, quae jam supra in cap. XXVII. et XXVIII. sunt commemorata, tamen legem editoris, non correctoris, observandam mihi fuisse censui. Damus petimusque veniam antiquitati, licet bis repetita displiceant.

http://rcin.org.pl

ter cardinales haberentur, dominus Raynaldus, tunc quidem Ostiensis episcopus, nunc vero papa Alexander, pontifex summus, antiquitatem temporis allegando, ne in canonizacione ipsius procederetur, inter alios forcius obsistere videbatur. Tunc stupefactus dominus Johannes, presbiter cardinalis, qui erat datus auditor cause beati Stanislai martiris, quod non esset admissa tanta congeries miraculorum, cum tanta nube testium, dixit ad magistrum Jacobum, ecclesie Cracoviensis nuncium: Necessarium habet sanctus noster finale operari miraculum, quod discordantes miraculis mirabiliter faciat concordare in unum. Dum ergo negocium sic in pendiculo maneret, et tempus tempori succederet, placuit dispensacioni divine, cuius voluntati nemo potest resistere, predictum Raynaldum, Ostiensem episcopum, gravi infirmitate corripere, et flagellatum ad suum beneplacitum erudire. Qui cum ad extremum vite sue iam se crederet propinquare, famulos suos et eos, qui ad eum gracia visitandi convenerant, de camera, in qua egrotabat, iussit abscedere, ut sibi vacaret, consciencíam de statu suo consuleret, et animam suam in exitu suo deo comendaret. Curavit nihilominus suum nuncium ad papam Jnnocencium transmittere, rogans, continuus ad ipsum veniret, et sibi sacramentum unccionis conferet, ac beneficium absolucionis apostolice dignaretur impendere. Cum igitur solus in domo iaceret, et nullus alius adesset, ecce beatus Stanislaus, pontifex, indutus, ante lectum eius visibiliter astitit, et eum, an vigilaret? requisivit. At ille: Vigilo,

http://rcin.org.pl

inquit. Quis enim es tu? Et ille: Ego sum, inquit, Stanislaus, Cracoviensis episcopus, cuius tu fuisti hactenus adversarius. Eger vero, resumpto spiritu, ait illi: Presul sanctissime! mihi ignosce! penitet enim me, fecisse, quod tue canonizacioni nisus sum obviare. At ille: In hoc, inquit, me Christi martirem et electum dei recognosce! Surge iam sanus a lecto egritudinis tue, et noli de cetero bonum negocium impedire, quod deus decrevit saluti multorum proficere. Hoc cum dixisset, ab oculis eius evanuit. Eger vero continuo plenam sanitatem recepit, vocatis autem servis suis ait: Preparate mihi, inquit, quod comedam, ut ascensis equis, antequam hinc veniam, in itinere domino pape festivus occurram. Mirantur famuli subitam mutacionem domini sui, dominum benedicunt, et imperata perficiunt. At ille sanus et validus de lecto surgens, vestes induit, comedit, ac bibit, ascensisque equis domino pape, ad se properanti, obvius venit. Quo agnito papa obstupuit, quia, quem iam premortuum putabat, vivum et sanum vidit. Et cum ab eo quereret, quomodo tam insperatam sanitatem recuperasset, respondit: Sanctus Stanislaus, Cracoviensis episcopus, missus a deo, salutis medicus, meam ignoranciam increpuit, et me pristine sanitati restituit. Unde sicuti inscius voluntati et consilio restiti, sic canonizacionem a vestra paternitate supplex imploro beati pontificis et martiris Stanislai. Quod ubi compertum est et celebri sermone vulgatum, subito cardinales, qui prius fuerant discordes, ad conformitatem concordie unanimiter conve-

http://rcin.org.pl

nientes, beatum Stanislaum et per ea, que fecit, mirabilia, quorum extat probacio luculenta, veraciter astruunt, esse beatum, ac per euidens miraculum, decernunt, canonizacione esse dignissimum.

CAPITULUM XXX.

De pronunciacione sanctitatis sancti Stanislai.

Aveniente autem beate virginis nativitatis die, nata est cunctis, qui confluxerant, congratulacionis immensitas, tantaque spiritualis tripudio leticia, quod de nullo sanctorum, quem canonizavit auctoritas Romana nostre novitatis tempore consimilis est audita. Ingresso namque basilicam summo pontifice, et de cuiuslibet natura climatis populi copiosa multitudine, luminaria luxerunt per girum ordinata in media testudine, ut appareret locus voluptatis amenissime. Nec vacabat luminositas tanti splendoris, sed signabat lumen celeste, quod apparuit in custodia gloriosi corporis, quando quatuor aquile de quatuor mundi partibus adeo misse et tot celestes fulserunt lampades, quot sacri corporis sparse sunt partes. Approbatis igitur beati Stanislai miraculis, et in registro Romanorum pontificum annotatis, atque in conspectu omnium universalis ecclesie, qui tunc aderant, prelatorum recitatis, summus pontifex ascendit pulpitum, ad pronunciandum

http://rcin.org.pl

tante sanctitatis eulogium. Apparuit autem coram eo decens vexillum, habens nomen et impressam imaginem beati Stanislai, prothomartiris Polonorum. Rubor quoque vexilli reputavit effusionem preciosi sanguinis et imago gloriosum antistitem sub persona individui pacientis. Demum facto sermone de vita ipsius et martirio ascripsit ipsum sanctorum cathalogo, ac venerabilem inter preclaras martiris festivitates octavo ydus Maij instituit solempniter agendam. Angelorumque laude et hymno (1) a supremo pontifice inchoato, facta est generalis candelarum distribucio, qualis nunquam visa est in aliquo solempnitatis officio. Post hec vero dominus papa oracionem pronunciavit, quam ipse de glorioso pontifice et martire dictavit, celebratisque missarum solempnijs facta est indulgencia grandis. Jn die autem festivitatis ipsius et penitentibus unum annum et XL. dies de iniuncta penitencia misericorditer relaxavit. Quibus omnibus rite peractis remansit illud vexillum in ecclesia sancti Francisci pro testimonio completi operis. Altare insuper constructum est in eadem basilica ad honorem beati martiris Stanislai, cuius materiam superabat opus artis, ut sit in signum et tytulum memoriale perpetuum ipsius magnifice sanctitatis.

(1) *ympno*, est in cod.

http://rcin.org.pl

CAPITULUM XXXI.

(1) *Pronunciatio sanctitatis.*

Nec mora dominus papa regrediens civitatem Assisianam, cum cardinalibus consenciendo diffinivit, canonizandum esse tante sanctitatis virum, quem cernebat iam in celis, probabilibus testimonijs, gloria et honore coronatum, prefixitque ad hec peragenda locum superiorem, basilicam videlicet beati Francisci, terminum vero nativitatem beate virginis futurum, in quo consenserunt pariter universi. Nativitatis ergo die beate Marie virginis veniente, nata est cunctis, qui aderant, congratulacionis inmensitas, tantaque spiritualis tripudii leticia, quod de nullo sanctorum, quem auctoritas canonizavit Romana nostre novitatis tempore consimilis est audita. Jngresso namque basilicam patre communi, et confluente de cuiuslibet natura climatis copiosa multitudine populi, luminaria luxerunt in media testudine per girum ordinata proporcionaliter, ut appareret locus volu-

(1) Capitulum hocce indicatur in codice spatio vacuo, et complectitur, incuria scribae, iterum repetitam narrationem eorum, quae jam supra leguntur in fine cap. XXVIII. et in cap. XXX. Mihi quidem liquet incuria scribae et negligentia, qui a fine cap. XXVIII. dormitans, interiecto tempore, lapsus memoria, in hoc capitulo XXXI. recoquit iterum, quae jam antea exaravit.

http://rcin.org.pl

platis amenissime, nec vacabat a misterio luminositas tanti splendoris, sed figurabat celeste lumen, quod apparuit in custodia gloriosi corporis, quando IIII. convenerunt aquile de quatuor mundi partibus, a deo misse, ut glebam sancti servarent inmunem a tactu bestie cuiuslibet feritatis. Post hec vero cum Romanus pontifex ascendisset pulpitum ad pronunciandum tante sanctitatis eulolium, apparuit coram eo de celo vexillum, habens nomen et inpressam imaginem beati Stanislai, prothomartiris Polonorum. Cuius vexilli rubor presentavit effusionem preciosi sanguinis et imago gloriosum antistitem, sive personam individui pacientis. Deinde facto sermone de vita ipsius et martirio, recitatisque signis et prodigijs divine virtutis, que deus operatus est per merita sui martiris, in presencia universalis ecclesie, qui tunc aderant, prelatorum, ipsum kathelogo sanctorum ascripsit, ac venerabilem eius memoriam inter preclaras martirum festivitates VIII. ydus May solempniter agi instituit, angelorum quoque laude et ymno inchoato a summo pontifice, facta est per ecclesiam generalis candelarum distribucio, qualis nunquam visa est fieri in aliquo solempnitatis officio. Post hec vero dominus papa oracionem pronunciavit, quam ipse de glorioso martire et pontifice dictavit. Celebratisque missarum solempnijs facta est indulgencia grandis. Jn die autem festivitatis ipsius devote concurrentibus, et ad honorabilem martiris sepulturam annuatim accedentibus, omnibus vere penitentibus et confessis, unum annum et XL. dies de iniuncta peniten-

http://rcin.org.pl

cia misericorditer relaxavit. Quibus omnibus rite peractis, remansit illud vexillum in ecclesia sancti Francisci pro testimonio completi operis, altare insuper constructum est in eadem basilica ad honorem eiusdem martiris, cuius materiam superat opus artis, ut sit signum (2) et tytulus ac memoriale perpetuum ipsius mirifice sanctitatis. Hoc quoque silencio pretereundum non est, quod sicut sub persecucione regis Bolezlaji, filii Kazimiri, beatus Stanislaus, Cracoviensis episcopus, anno dominice nativitatis MLXXIX. felici martirio consumatus est, sic eciam sub tempore Bolezlaij, filij Lestconis, eiusdem Cracovie ducis, idem sanctus martir et pontifex Stanislaus multis miraculis a papa Innocencio quarto anno gracie eiusdem domini nostri Jesu Christi MCCLIII. (3) canonizatus est. Gratuletur igitur Polonia, que a se nobilem productam prolem, et adeo in splendoribus sanctorum progenitam, totius sanctitatis ac felicitatis meruit habere partem. Gaudeat Cracovia, et maxime kathedralis ecclesia, sui pastoris privilegiata (4) gloria, et sacri corporis dotata presencia, ac virtutum illustrata triumphis, cui datur ex crebri principum et populi affluencia prerogativa privilegii singularis. Letetur et universorum mater ecclesia, toto orbe terrarum diffusa, tanti pontificis et martiris preclara recolendo merita,

(2) *magnum*, loco vocis: *signum* habet hoc loco cdoex.
(3) Conf. Cromeri res gestae Polonor. initio lib. IX. cujus auctoritatem secutus sum, quamvis in codice legatur: MXXLIIII.
(4) *p'uileyata*, est in cod.

http://rcin.org.pl

festiva agendo solempnia, ut per ipsius pya suffragia quondam Christus, rex glorie et dominus virtutum, gloriosa passione roseoque sanguine laureatum, throphco victorie insignitum, superius socians civibus felicem ac beatum, nos quoque cum ipso perducere dignetur ad regnum eternum, cui honor et imperium cum patre et spiritu sancto permanet in secula seculorum. Amen.

CAPITULUM XXXII.

De morte Bolezlaui occisoris. (1)

Quia vero scriptum est de electis (2), quod ibunt sancti de virtute in virtutem, mali vero proficient in peius, (3) Bolezlauus, cuius nomen, ex duobus corruptis compositum, *dolorem* et *gloriam* (4) sonat (5) versum in latinum, id presignans, quod eius gloria foret in

(1) Cod. Heilsb. et ed. Ged. p. 76. 77. hoc caput partim adtexuerunt ad Martini Galli librum primum. (cap. XXVI. secundum nostram editionem.)

(2) *sed quia de electis scriptum est, Jbunt*; sic orditur cod. Heilsb. et ed. Ged.

(3) *penis*, cod. Gnesn. *in peius*, cod. Heilsb. et ed. Ged.

(4) Dithmarus ed. Wagneri p. 91. melius haud dubie nomen deducit, interpretando: *major laus.*

(5) *signat*, vel *significat*, cod. Heilsb. *cujus nomen compositum ex duobus verbis dolorem et gloriam signat*, ed. Ged.

http://rcin.org.pl

ignominiam commutanda, et dulcedo (6) voluptatum eius in amaritudinem fellis et vermis esset convertenda, impaciens glorie, et (7) invidens sanctitati beati Stanislai, timore percussus, ut patricida (8) cruentissimus, tam patrie quam patribus factus odiosus, in Vngariam secessit, invisus (9) nobilibus Polonie, profugacione (10) expulsus. Tempore vero modico, secundo videlicet exilii (11) sui anno, inaudito languore correptus in (12) amenciam cecidit, et mortem sibi conscivit (13). Mescho vero, filius eius, post eum in exilium actus, in primo pubertatis flore veneno interijt, et sic tota domus Bolezlaui periit, et martiris Stanislai iustas penas exsolvit. O iustum et tremendum dei spectaculum! Ecce Bolezlauus crudelissimus propter patricidium, quod in beato Stanislao martire commisit, non solum coronam, sed et vitam sibi ademit, ymo toti Polonie usque ad presens tempus regni gloriam et honorem ammisit; et sicut ille Bolezlauus, proavus suus, sue gentis imperium dilatavit, sic iste, velut rex insipiens, populum perdidit, nobiles peremit, et terram in solitudinem peregit, et

(6) *et dulcedo — — convertenda*, desunt in cod. Heilsb. et in ed. Ged.
(7) *etiam* pro *in* legitur in cod. Gnesn.
(8) *parricida*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(9) *invitus*, cod. Heilsb.
(10) *pro fugace*, loco *profugacione*, ed. Ged.
(11) *exitus*, vel *exitii*, cod. Heilsb.
(12) *et* pro *in* habet cod. Gnesn. *in*, cod. Heilsb.
(13) *atque miserabiliter defunctus est anno domini* MLXXXI. addit cod. Heilsb. et ed. Ged. omittentes subsequentia.

http://rcin.org.pl

quemadmodum ille episcopatus fundavit, et donis regalibus ampliavit, et dignitatem et sacerdotalem extulit, iste autem, beatum presulem mactans crudeliter, regale sacerdocium prophanavit, et sicut per modestiam Bolezlaui et pietatem proavi sui corona regni Polonie aucta crevit, sic per huius impietatem omnino decrevit. Justo ergo dei iudicio actum est, ut, qui innocentem occidit, ipse sibi vitam adimeret, et, qui caput pontificis amputare non horruit, et infulam conculcavit, ipse quoque profugus exularet, et regni dyadema suis posteris amputaret, et peregrinus in terra aliena male dies suos finiret. Et sicut ipse corpus martiris in multas partes secuit, et in omnem ventum bestijs terre et volucribus celi dispersit, sic regnum deus ab eo et a posteris eius scidit, et, ut in presenciarum cernimus, propter peccata terre, quia multi principes eius, idcirco ipsum regnum gentibus per circuitum in direpcionem et conculcacionem dedit. Sed sicut divina providencia idem beatissimi pontificis et martiris corpus, sine cicatricum notamine, reintegravit, et ipsius sanctitatem signis et prodigijs declaravit, sic futurum est, ut per eius merita regnum divisum deus in pristinum statum restauret, iusticia et iudicio roboret, gloria et honore coronet. Hoc autem probabile est et verissime (14), quod dicimus. Nam (15) in descripcionibus annalium Polonorum et in vita beati Ste-

(14) *verissimum*, cod. Heilsb. et ed. Ged. resumentes hoc loco filum praecisum.
(15) *quia* pro *nam*, in cod. Heilsb. et in ed. Ged.

http://rcin.org.pl

phani, regis Vngarorum (16), descriptum (17) invenimus, quod Mescho (18), dux Polonie, primus effectus Christianus, ad dominum papam Leonem solempnes nuncios misit, et ab eo, regni coronam Polonie sibi dari, humiliter postulavit. Cumque summus pontifex sue peticioni benignum assensum preberet, et corona miro opere iam (19) fabricata esset, ecce ex Vngaria eodem tempore Romam missi veniunt nuncij, petentes, suum dominum ducem (20) Stephanum regio dyademate insigniri. (21) Cumque in crastino Polonie legatis dari corona debuisset, ecce eadem nocte per visum pape Leoni angelus dei (22) apparuit, et duci Stephano eam dari precepit. Quare autem Stephano, duci Vngarie, dari iussit, et duci Polonie non dedit (23), in cronicis Polonorum insinuatur per angelum horum terra malorum (24): Hec, inquit, gens magis diliget calumpniam, quam iusticiam, silvarum densitudinem et ferarum venacionem, quam camporum planiciem et frugum ubertatem, magis diliget canes, quam homines, plus pauperum oppressiones, quam divinas leges, et cetera, que ibi con-

(16) *Vngarie*, ed. Ged.
(17) *scriptum*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(18) *Meszco*, cod. Heilsb. *Mieszko*, ed. Ged.
(19) *iam*, deest in cod. Heilsb. et in ed. Ged.
(20) *ducem*, omittit ed. Ged.
(21) *insignari*, cod. Heilsb.
(22) *domini* loco *dei*, cod. Heilsb et ed. Ged.
(23) *quare* (*quam* pro *quare*, ed. Ged.) *autem duci polonie eam dari non precepit*, cod. Heilsb.
(24) *insinuantur horum tria per angelum malorum*, cod. Heilsb. *insinuantur hec per a. mala*, ed. Ged.

http://rcin.org.pl

tinentur (25). Verumptamen per eundem angelum bona spes a domino de regni restitucione datur, ex eo, quod ibidem legitur: Ac tamen in fine dierum gentis illius miserebor, (26) et gloriam (27) regni illam illustrabo. Deus enim, prescius futurorum, (28) visitans peccata parentum in terciam et quartam generacionem fiiliorum, solus novit, quando debeat (29) misereri genti Polonorum et restaurare ruinas eorum (30). Jdeo forte usque (31) ad hec tempora regalia insignia, coronam videlicet, sceptrum, et lanceam, in armario Cracoviensi ecclesie (32), que est urbs regia, servat recondita usque dum ille veniat, qui vocatus est a deo tanquam David, cui hec (33) sunt deposita. Tu autem domine miserere nobis. (34).

(25) *leguntur*, cod. Heilsb. et ed. Ged.
(26) *miserebor*, cod. Heilsb. et ed. Ged.-*miserabor*, cod. Gnesn.
(27) *gloria*, ed. Ged.
(28) *fatorum*, ed. Ged.
(29) *debet*, ed. Ged.
(30) *eorum*, deest in cod. Heilsb. et in ed. Ged.
(31) *usque*, deest in ed. Ged.
(32) *lanceam armario Cracoviensis ecclesia*, ed. Ged.
(33) *hoc*, cod. Heilsb. *hec*, ed. Ged.
(34) *Tu — — nobis*, desunt in cod. Heilsb. et in ed Ged.

III.

http://rcin.org.pl

III.

EXCERPTA

e

CODICE GNESNENSI.

http://rcin.org.pl

III.

EXCERPTA

CODICE GNESNENSI.

http://rcin.org.pl

EXCERPTA NONNULLA

E CODICE GNESNENSI.

De vasis sacratis et ornatibus ecclesie Gneznen. per olim Janislaum, archiepiscopum Gnezn. in castrum Chanczyny deportatis tempore guerarum, que tunc vigebant, inter regem Wladislaum Lokethkonem et cruciferos.

Sub anno domini MCCCXVIII. in vigilia omnium sanctorum dominus Janislaus (1), archiepiscopus Gnezn. has res ecclesie sue deportavit in Chanczyny, pro conservacione ipsarum, et deposuit easdem de consensu predicti domini regis. Et sunt iste:

Jn primis tres cruces aureas et quartam parvam in toto, sine ligno.
Jtem duas cruces aureas super lignum.
Jtem aureum calicem cum patena.
Jtem tabulam auream.
Jtem tres calices magnos argenteos deauratos.
Jtem quadringentos calices argenteos.

(1) Joannem III. † 1341. hoc tempore nominat Niesiecki in T. I. p. 20.

http://rcin.org.pl

Jtem casulam majorem beati Adalberti cum dalmatica et subtili.
Jtem duas casulas alias inauratas,
Jtem duas capas.
Jtem evangeliare auro scriptum.
Jtem tabulam circumdatam lamis aureis et gemmis preciosis.
Jtem aliam magnam tabulam auro circumdatam et gemmis preciosis.

Presentibus ibidem honorabilibus dominis Michaele, decano, Vloscone, archidiacono, Petro, scolastico, Gervardo, canonico et official. Gnezn. ac aliis multis.

„ *Anno*

http://rcin.org.pl

Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo die lune sedecima Mensis Junii.

„ Ex commissione speciali Reverendissi-
„ mi in Christo patris domini Wladislai, San-
„ cte Gnezn. Ecclesie Archiepiscopi et Prima-
„ tis, facta Venerabili patri domino Santconi,
„ Butconis de Czyechel Vicario in Spirituali-
„ bus, et Canonico ejusdem Ecclesie, super in-
„ stitucione nouorum Vicecustodum et destitu-
„ cione antiquorum, quos, in presencia Vene-
„ rabilium de Capitulo dominorum, Predwo-
„ gii, prepositi, Johannis, custodis, Johannis,
„ cancellarii, et Johannis Chwalonis, canonici,
„ apud Ecclesiam tunc residencium, absoluit
„ prefatus dominus Vicarius in Spiritualibus ab
„ officio vicecustodie dominos Martinum de
„ Gurowo et Petrum Magdam de Gnezn. et
„ ex hujusmodi commissione nominauit et ele-
„ git nouos vicecustodes, scilicet Mathiam de
„ Slupcza et Johannem Pistorem de Gnezn. et
„ nomine ejusdem Reverendissimi patris domi-
„ ni Archiepiscopi prefati, qui ex privilegio,
„ per Sedem Apostolicam confirmato, ad nu-
„ tum potest remouere vicecustodes hujusmo-
„ di inutiles, et aptos Ecclesie sue deputare
„ ministros. Quibus vicecustodibus per prefa-
„ tum dominum vicarium in Spiritualibus sic
„ electis, omnium rerum Sacristie tam in li-
„ bris, quam in calicibus, et aliis ornamentis
„ datus est inventarius, et ibidem in presencia

http://rcin.org.pl

„ predicti patris domini vicarii in Spirituali-
„ bus ad futuram rei memoriam ordinatus est
„ et conscriptus de omnibus clenodiis, san-
„ ctuariis, libris in thezauraria ipsius eccle-
„ sie et aliis rebus ibidem repertis, sub hac,
„ que sequitur, forma:

„ Jn primis hi sunt calices in ipsa Sacri-
„ stia Gnezn. reperti. Primus calix pro magno
„ altari, intus et extra inauratus, argenteus,
„ habens brindas aurifrisiatas circa partem su-
„ periorem, cum patena.

„ Secundus calix inauratus argenteus, cum
„ pathena, habens clenodium Grzymala in par-
„ te inferiori, cum literis et inscripcione: Aue
„ Maria.

„ Tercius calix argenteus inauratus, cum
„ patena, habens in inferiori parte ymagines
„ plures, scilicet crucifixum, et ymaginem
„ beate Marie virginis, cum aliis pluribus.

„ Quartus calix inauratus, cum patena,
„ cum floribus pulcris, in pede et corona su-
„ pra annulum.

„ Quintus calix inauratus, cum patena,
„ habens passionem crucifixi, in pede et annu-
„ lo mobili.

„ Sextus calix inauratus et gemmatus, ha-
„ bens patenam argenteam inauratam.

„ Septimus calix inauratus, cum patena
„ argentea, simpliciter habens (1) in pede yma-

(1) Jn fine primae paginae hoc loco alia manus addi dit: „ Jtem dominus Johannes de Kosyebrodi, Can-„ cellarius, expost donavit testamentaliter bonum „ calicem inauratum, qui quia in hac Ecclesia est „ sepultus 1471. ideo orandum est pro eo. „ (No-

http://rcin.org.pl

„ gines plures, alcior quam prior, cum yma-
„ ginibus crucifixi.

„ Octavus calix argenteus ab intra in la-
„ bio inauratus et in annulo, habens patenam
„ similiter argenteam.

„ Nonus calix argenteus cum patena, dun-
„ taxat in annulo inauratus.

„ Decimus argenteus inauratus cum pate-
„ na, tantum in annulo deauratus, et floribus
„ in pede.

„ Jtem unum manile inferius argenteum,
„ in extremitatibus inauratum, de clenodio
„ tramba, cum fusorio, alias nalewka argentea.

„ Jtem thuribulum argenteum, cum vas-
„ culo, in quo thus deportatur, dum thurifi-
„ catur.

„ Jtem urceolus argenteus pro benedicta
„ aqua.

„ Jtem duo paria ampularum pro magno
„ altari, unum inauratum, et aliud argenteum.

„ Jtem due cruces argentee habentes yma-
„ gines crucifixi.

„ Jtem thabula quadriangularis inaurata
„ plena reliquiis.

„ Primus ornatus integer cum alba et aliis
„ attinentiis de athlante nigro, intexto marga-
„ ritis, cum cruce geminata, subducta rubeo
„ harasio.

„ Secundus ornatus integer de nigro axa-
„ mento, flaueo subductus zindelino. „

„ men ejus frustra quaeritur in Niesiecio I. p. 256.)
„ Jtem magister Santco, Buthconis de Czechel, Ec-
„ clesie Gnezn. Canonicus, donauit calicem bonum
„ inauratum de anno dni MCCCCL. octavo. „

http://rcin.org.pl

(Descriptionem caeterorum, quae sequuntur adhuc, permultorum ornatuum, casularum, inter quas eminet „ casula aurea beati Adalberti „ albarum, capparum, ommittens, progredior ad describendam bibliothecam.)

„ Jn primis tria missalia majora, unum „ de dono domini Jastrzambyecz, secundum „ de dono domini Jaschkonis, decani Gnezn. „ et tercium de dono domini Slupkonis. Jtem „ alia XIII. minora communia. Jtem quinque „ legendaria per circulum anni. Jtem quatuor „ antiphonaria, duo nova, et duo antiqua. Jtem „ omelie quadragesimales. Jtem liber prefacio- „ num cum venite de nota. Jtem antiquum ca- „ pitulare de scriptura ytalica. Jtem quinque „ psalteria, duo data per dominum Vincen- „ cium, et tria per dominum Gorkam. Jtem „ agendare cum duobus antiquis kalendaribus. „ Jtem liber ewangeliorum et epistolarum cum „ reliquiis. Jtem cistula parva de ebore cir- „ cumferencionata, que portatur tempore ro- „ gacionum et in die sancti Marci. Alia cistu- „ la, in qua conservatur crisma cum balsamo. „ Jtem tabula argentea inaurata et gemmata, „ in qua est crux de ligno vite. Jtem crux ar- „ gentea parva. Jtem duo coruli argentei co- „ rales pro rectoribus chori. Jtem due corti- „ ne, alias oppony, bone, de dono domini Ja- „ strzambyecz, et alie due.

His verbis abrumpitur ultima codicis Gnesnensis pagella, et finis inventarii deest, quod et ligatura testatur: nonnullas paginas fuisse impia manu ablatas.

FINIS.

http://rcin.org.pl

INDEX

rerum secundum ordinem librorum et capitulorum concinnatus.

I. MARTINI GALLI CHRONICON.

Epistola dedicat. et epilogus . . . pag. 1 — 12.
Proemium . . . . . — 13 — 18.

LIBER PRIMUS.

Capit. I. De Duce Popelone deductus Chosisco. . . . . — 19 — 20.
Capit. II. De Past, filio Chosischonis. — 21 — 25.
Capit. III. De duce Semovith, filio Pazt. — 25 — 28.
Capit. IV. De cecitate Methconis, filii Zemimizl ducis. . . . — 28 — 31.
Capit. V. Quomodo Mescho recepit Dobrowcam in uxorem . . . — 31 — 34.
Capit. VI. De Boleslao I. . — 35 — 43.
Capit. VII. Quomodo terram potenter Bolezlauus Rusie intravit. . — 43 — 51.
Capit. VIII. De magnificencia et potencia Bolezlaui gloriosi. . . — 51 — 53.
Capit. IX. De virtute et nobilitate gloriosi Bolezlaui. . . . — 54 — 57.
Capit. X. De prelio Bolezlaui cum Ruthenis. . . . . — 57 — 61.
Capit. XI. De disposicione ecclesiarum in Polonia et virtute Bolezlaui. — 61 — 64.
Capit. XII. Quomodo Bolezlauus per suas terras sine lesione pauperum transibat. . . . . — 64 — 66.
Capit. XIII. De virtute et pietate uxoris Bolezlaui gloriosi. . . — 66 — 70.

http://rcin.org.pl

Capit. XIV. De magnanimitate mense et largitate Boleslai. . . pag. 70 — 71.
Capit. XV. De disposicione castrorum et civitatum sui regni per Bolezlauum. . . . . — 71 — 74.
Capit. XVI. De morte Bolezlaui glorioſi laudabili. . . . — 74 — 83.
Capit. XVII. De successione Meschonis, filii Boleslaui. . . . — 84 — 85.
Capit. XVIII. De successione et deieccione Kazimiri post mortem patris. — 86 — 88.
Capit. XIX. De rehabicione regni Polonie per Kazimirum, qui fuit monachus. . . . . — 89 — 93.
Capit. XX. De prelio comitis Meschonis (?) cum Mazovitis et Meczslao. — 93 — 96.
Capit. XXI. De prelio Kazimiri cum Pomoranis. . . . . — 96 — 98.
Capit. XXII. De successione Bolezlai II., dicti largi, Kazimirides. . — 98 — 99.
Capit. XXIII. De convencione Bolezlaui cum duce Ruthenorum. . — 100 — 101.
Capit. XXIV. De delusione Bohemorum contra Bolezlauum largum. . — 101 — 103.
Capit. XXV. De victoria Bolezlaui largi contra Pomoranos. . — 104. — 105.
Capit. XXVI. De liberalitate et largitate Bolezlaui, et de quodam paupere clerico. . . . . — 105 — 108.
Capit. XXVII. De exilio Bolezlaui largi in Vngariam. . . . — 108 — 110.
Capit. XXVIII. De suscepcione Bolezlaui per Wladislavum regem Vngarie. — 113 — 115.
Capit. XXIX. De filio ejusdem Bolezlaui Mescone III. . . . — 116 — 119.
Capit. XXX. De uxoracione Wladislaui, patris tercii Boleslaui. . — 119 — 122.
Capit. XXXI. De ieiuniis et oracionibus pro nativitate tercii Bolezlaui. — 123 — 124.

http://rcin.org.pl

LIBER SECUNDUS.

Epistola. . . . . pag. 125 — 130.
Capit. I. Tercii Bolezlaui de nativitate. — 131 — 134.
Capit. II. De bello cum Pomoranis. . — 134 — 136.
Capit. III. Obsidio castri Nakiel. . — 136 — 138.
Capit. IV. De Zbigneo rebelli. . — 138 — 144.
Capit. V. De castro Cruszwic expugnato et deleto. . . . — 144 — 147.
Capit. VI. Miraculum de S. Adalberto. — 147 — 149.
Capit. VII. De divisione regni inter filios facta. . . . . — 149 — 150.
Capit. VIII. Ulterior hujus divisionis dispositio. . . . . — 150 — 152.
Capit. IX. De etate puerili Boleslaui. — 152 — 153.
Capit. X. Zeczech et Boleslaus Moraviam vastaverunt . . . — 153 — 154.
Capit. XI. Bolezlauus puer interfecit aprum. . . . . — 154 — 155.
Capit. XII. Bolezlauus ursum interfecit. . — 156 —
Capit. XIII. Bolezlauus in hosticum procurrit. . . . . — 157 — 158.
Capit. XIV. Bolezlauus Pomoranos oppugnat. . . . . — 158 — 159.
Capit. XV. Quomodo bellum gesserit in Pomorania. . . . . — 159 — 160.
Capit. XVI. Machinaciones Zethei. . — 160 — 168.
Capit. XVII. De propugnaculo Pomoranorum sua sponte destructo. . — 168 — 171.
Capit. XVIII. De balteo militari Bolezlauo a patre, devictis Pomoranis, oblato . . . . . — 172 — 173.
Capit. XIX. De Plaucis devictis. . — 173 — 175.
Capit. XX. Prophecia de Bolezlauo. — 175 — 176.
Capit. XXI. De morte Wladislaui. . — 176 — 178.
Capit. XXII. Bolezlauus expugnavit Albam urbem regiam. . . — 179 — 180.
Capit. XXIII. De nuptiis Bolezlaui. . — 180 — 181.
Capit. XXIV. Jnsidie Zbignei, incitantis hostes. . . . . — 182 — 183.
Capit. XXV. Poloni vastaverunt Moraviam. . . . . — 184 — 186.

http://rcin.org.pl

Capit. XXVI. Jpse Boleslauus Moraviam devastat. . . . . pag. 187 — 188.
Capit. XXVII. Legatus pontificis maximi— 188 — 189.
Capit. XXVIII. De expedicione in urbem Colobreg facta. . . . — 189 — 192.
Capit. XXIX. De nova in Pomoranos expedicione et colloquio cum Collomano habito. . . . — 193 — 194.
Capit. XXX. De expedicionibus Scarbimiri in Pomoranos. . . — 194 — 195.
Capit. XXXI. Bitom castrum expugnatum. . . . . — 195. —
Capit. XXXII. Foedus cum Sbigneo initum et subsequens tradicio. . — 196 — 197.
Capit. XXXIII. Bolezlauus in Pomoranorum insidias cadit. . . — 197 — 202.
Capit. XXXIV. Bolezlauus Bohemos profugavit et Pomoranos subjugavit. — 202 — 203.
Capit. XXXV. Zbigneuus fovet contra fratrem animum inimicum. . — 203 — 206.
Capit. XXXVI. De Zbigneui hostilitate erupta. . . . . — 206 — 210.
Capit. XXXVII. Foedus cum Bohemis ictum et fuga Zbigneui. . . — 210 — 211.
Capit. XXXVIII. Zbigneuus rediit in gratiam fratris. . . . . — 212 — 214.
Capit. XXXIX. Zbigneui perfidia erga fratrem. . . . . — 214 — 217.
Capit. XL. Filius nascitur. . . 217.
Capit. XLI. Zbigneuus victus iterum. — 218 — 219.
Capit. XLII. Saxones navigio venerunt in Prussiam. . . . . 219 — 220.
Capit. XLIII. Miraculum de Pomoranis.— 221 — 225.
Capit. XLIV. Pomoranorum baptisacio. — 226 — 227.
Capit. XLV. Bellum cum Moravis gestum. . . . . — 227 — 228.
Capit. XLVI. Bellum Bohemis illatum. — 228 — 229.
Capit. XLVII. Pomorani rebelles. . — 229 — 230.
Capit. XLVIII. Bolezlauus Pomoranos rebelles, capto castro Velun, castigat. — 231 — 233.

http://rcin.org.pl

Capit. XLIX. Sexcenti Pomorani in Mazovia sunt perempti. . . pag. 233 — 235.
Capit. L. Bohemorum et Zbigneui clades. . . . . 236.

LIBER TERCIUS.

Epistola. . . . . pag. 237 — 248.
Capit. I. Victoria de Pomoranis. — 249 — 254.
Capit. II. Epistola imperatoris ad regem Bolezlauum. . . . . — 255 — 256.
Capit. III. Belli cum Henrico initium . — 257 — 260.
Capit. IV. Bolezlauus parat bellum. . — 260 — 262.
Capit. V. Obsidio Glogoviae. . . — 262 — 264.
Capit. VI. Jnduciae Glogoviensium. . — 264 — 265.
Capit. VII. Jndueiae rumpuntur. . — 265 — 266.
Capit. VIII. Oppugnacio castri Glogoviensis. . . . . — 266 — 269.
Capit. IX. Vulnera et cadavera Allemani pro tributo auferunt. . . — 269 — 270.
Capit. X. Terror panicus Allemanorum de capite et cauda lacessitorum. . — 271 — 273.
Capit. XI. Cantilena Allemanorum in laudem Bolezlaui. . . . — 274 — 275.
Capit. XII. Jmperator pacem implorare coactus. . . . . — 276 — 278.
Capit. XIII. Epistola cesaris ad regem Polonicum. . . . . — 278.
Capit. XIV. Rescriptum ad cesarem. — 279 — 280.
Capit. XV. Cesar rediens, ac pro tributo cadavera portans. . . . — 280 — 281.
Capit. XVI. De morte Swathopole. . — 281 — 284.
Capit. XVII. De Bohemis. . . — 284 — 285.
Capit. XVIII. Expedicio in Pomoranos. — 285.
Capit. XIX. De Bohemis et Polonis. — 286.
Capit. XX. De fraude Bohemorum. — 286 — 287.
Capit. XXI. De bello et victoria contra Bohemos. . . . . — 287 — 291.
Capit. XXII. De vastacione terre Bohemice per Polonos. . . . — 291 — 294.

http://rcin.org.pl

Capit. XXIII. De audacia Bolezlaui et prudencia. . . . . pag. 294 — 301.
Capit. XXIV. De vastacione terre Prusie per Polonos. . . . . — 301 — 302.
Capit. XXV. De concordia Zbignei falsa cum Boleslauo. . . . — 303 — 313.
Capit. XXVI. Pomorani tradiderunt castrum Nakel Polonis. . . — 313 — 318.

II. VITA S. STANISLAI.

Jncipiunt gesta de cronicis Polonorum. pag. 321.
De primo Christiano Polonorum Mesconе. . . . . — 321 — 323.
Capitulum de gestis Meschonis. . — 323 — 324.
Capitulum de ortu S. Stanislai. . — 324 — 325.
Jncipit vita S. Stanislai.. . . 326.
Capit. I. Etymologia nominis. . 326.
Capit. II. De probitate et bona conversacione. . . . . 327.
Capit. III. Ad scolas traditur. . . — 327 — 328.
Capit. IV. De eleccione episcopali. . — 328 — 329.
Capit. V. De correccione et informacione. . . . . — 329 — 330.
Capit. VI. De conversacione bone vite. 330.
Capit. VII. De benivolencia et largitate. — 330 — 331.
Capit. VIII. De honestate familie. . — 331 — 332.
Capit. IX. De justicia. . . . . — 332 — 333.
Capit. X. De dispensacione Kazimiri. — 333 — 337.
Capit. XI. De successione Bolezlaui in regnum. . . . . — 337 — 339.
Capit. XII. De suscitacione Petri militis. — 339 — 342.
Capit. XIII. Exemplum de baculo beati Petri apostoli. . . . — 343 — 344.
Capit. XIV. De malicia Bolezlaui. . — 344 — 347.
Capit. XV. De superbia Bolezlaui. . — 347 — 350.
Capit. XVI. De occisione beati Stanislai. . . . . — 351 — 354.

http://rcin.org.pl

Capit. XVII. De sepultura beati Stanislai. . . . . pag. 355 — 357.
Capit. XVIII. Post passionem sancti Stanislai visio cujusdam matrone. — 357.
Capit. XIX. De translacione. . . — 358.
Capit. XX. De pulsu campanarum . — 358 — 359.
Capit. XXI. Visio sanctuariorum. . — 359 — 360.
Capit. XXII. Visio Falislai. . . — 360 — 361.
Capit. XXIII. Visio ejusdem. . . — 361 — 362.
Capit. XXIV. Miraculum. . . — 362.
Capit. XXV. De eadem muliere. . — 363.
Capit. XXVI. De voto Fulkonis palatini. — 363 — 364.
Capit. XXVII. De elevatis ossibus sancti Sanislai . . . . . — 365 — 366.
Capit. XXVIII. De subita infirmitate. . — 366 — 368.
Capit. XXIX. De miraculis recitatis ante sedem apostolicam. . . — 368 — 371.
Capit. XXX. De pronunciacione sanctitatis sancti Stanislai. . . — 371 — 372.
Capit. XXXI. Pronunciacio sanctitatis. — 373 — 376.
Capit. XXXII. De morte Bolezlaui occisoris. . . . . — 376 — 380.

III. EXCERPTA E CODICE GNESN. 383 — 388.

JN-

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

INDEX

rerum alphabeticus.

Abbates, pag. 77. 122. 308. 309.
Acheronti portitor, 299.
Adalberti S. fata, 37. 38. 321. ecclesia 91. sepulcrum 311. 322. miraculum 147. seqq. brachium Ottoni dono datum a Boleslavo I. 40. 323. corpus a Bohemis raptum 90. liber de ejus passione, 38.
Adlehidis, Theutonica mulier devota, 362. 363.
Aegidius S. 121. seqq. 309. 9.
Alba, urbs regia, 179. 215. 216.
Alemania, 323. 324. 336.
Alemanni, 230. 247. 249. 259. 267. v. Theutonici.
Alexander M., 240. pontifex maximus, 369. vid. Raynaldus.
Almus, dux Vngarorum, 194.
Amalechitae, 235.
Angaria, 65.
Antiochus, 240.
Archiepiscopi v. episcopi, metropolitani, clerici.
Aquileia, 16.
Artes liberales, 328.
Assisiana civitas, 373.
Aucupes regii, 71.
Balduinus. episcop. Cracov. 181. 213.
Balistarii, 259.
Balneum Boleslai I. regis 69.
Balteus militaris, 157. 170. 172. 173. 175.
Bartholomaeus, apost. 262.
Bavaria, 16. 270.
Benedicti S. habitus, 324. 334.
Benedictus IX. pontif. max. 335. scholasticus Cracoviensis capituli, 359.
Benefici, 331. vid. curiales.
Bitom v. Bytom.
Bohemia, 14. 36. 287. seqq. ducatus, regnum, 282.
Bohemi, Bohemici, Bohemenses, 248. bellica gens, 301. fides eorum volubilis, sicut rota, 287. predis et rapinis assueti, 257. 272. Polonorum infestissimi inimici, 87. depraedantur Poloniam, 90. 91. Vratislaviensem provinciam, 182. pulsi Polonia a Casimiro I. 92. mercede in bellum conducti, 136. 137. eorum in Meschonem II. captivum saevitia, 85. bella varia, 99. 101. 161. 182. 209.

http://rcin.org.pl

211. 236. 227. seq. 248. 284. 286. seqq.
Boleslauus, fil. Casimiri, 92.
Boleslauus I. nascitur, 35. gesta eius summatim enarrata, 36. seqq. 321. 377. potentia, divitiae, 38. 39. regalis dignitas, 40. 322. liberalitas, 41. seqq. fundavit episcopatus omnes in Polonia, 322. 378. mors, 79. 80.
Boleslavus II. laudes et vituperia eius 337. — 339. 344 — 351. 377. unde nomen eius derivandum, 376. largus, 105. 350. bella feliciter gesta cum Bohemis, Pomoranis, 98. 99. 101. cum Ruthenis, 100. severitas eius in adulteras, 349. occisor S. Stanislai, 109. 352. 375. exul in Vngaria, 108. 110. 377. superbia eius contra Vladislavum, Vngariae regem, 113. mors praematura, 115. 377.
Boleslavus III. nascitur, 120. 124. 131. precibus S. Aegidii impetratus, 9. 14. facta puerilia fortia, 152 — 159. gesta ejus clara causa scribendi Gallo, 6. 13. 17. dux septentrionalis, 215. 256. 279. 310. 314. lupi filius a Pomoranis appellatus, 171. (vide Mars) balteo militari cinctus, 172. seqq. uxorem ducit, 180. seqq. filius ejus, 217. bella ab eo gesta cum Pomoranis, 180. 189. 193. 226. 243. seqq. 284. seqq. cum Pruzis, 219. 221. cum Moravis, 184. seqq. 227. cum Bohemis, 202. 228. 248. 284. seqq. cum Henrico IV. 255. seqq. pia ejus opera poenitentiae causa facta, 308. seqq. et peregrinatio religiosa, 310. Vid. Zbigneuus.
Boleslavus, filius Lestconis, Cracoviae dux, 375.
Borivoy, 282 — 284. 286. — 288. 289.
Brethislavus, dux Bohemiae, 140. 143.
Bug, fluvius, 48. 50.
Burgundia, 11.
Bytom, castrum, 195. 258.
Camerarii, 42. 55. 106. 262.
Cappa clerici, 107.
Carinthia, 16.
Carnkou, Charnkou, castellum Pomoraniae, 227. 229.
Carolus, Cazimirus, v. Karolus, etc.
Castella, castellani, 37. et saepe num. Quomodo defendebantur et capiebantur, 137. 215, 231, 266. — 269. 316. 317.
Castellanua, 229.
Cebry, 23.
Cerberus, 299.

http://rcin.org.pl

Cerevisia, 22. 23.
Cholbreg v. Colobreg.
Chosisco, 19. 21. 25.
Ciclopes, 300.
Cinctio militaris v. Balteus militaris.
Cingulus militaris v. Balteus militaris.
Civitates, 72. v. castella.
Clavus de cruce domini Boleslavo dono datus, 40, 323.
Cleopatra, 242.
Clerici in summo honore a Boleslavo I. habiti, 54. 62. 77. 378. magnam persecutionem absente Casimiro perpessi, 90. 324.
Clientela, 24. 213. 216. 303. 304. 331. Vid. fidelitas, curiales, milites.
Clipeati milites, 51. 52. 259. 298.
Cluniacum, 324. 334. 336.
Colloquia, 338. vid. Servitia, judicia.
Colobreg, 189. 190. 216.
Colomanus, Columannus, rex Vngariae, 193. 228. 282. 310.
Comites, 66. 77. 267.
Concilium canonice celebratum, 189.
Consiliarii XII. Boleslavi I. 67. 68.
Cracow, Cracovia, 151. 167. 277. 278. 280. 375. 380.
Crovacia, 16.
Crusvicz, Cruszwic, castrum, 144. seqq.
Cultus divinus Christianorum v. Religio.
Curiales, 59. 64. 331. 332. curialis acies, 293. 297. vid. officiales, clientela, benefici.

Dacia (Dania?) 14. 16.
Dalmacia, 16.
Damianus, decanus Cracov. capituli, 358.
Danubius, limes Poloniae tempore Boleslaui I., 36. 321.
Dapiferi, 41. 159.
David 380. Davidici psalmi, 356.
Decimae, 332.
Dirsek, pincerna, 298.
Dobrowca, 32. 321.
Dobrouega, uxor Casimiri I. 336.
Dorchydomeus, 353.
Drzu, 135.
Dubrowca v. Dobrowca.
Duces, 66. 77. v. principes.
Ecclesiasticarum rerum et honorum potestas Boleslavo I. concessa, 41. jam antea exercita, 37.
Elba v. Laba.
Episcopi a Boleslavo I. ordinati, 37. 41. 61. 62. *domini* appellati et in honore habiti, 54. 62. 76. 77. (Cf. xiądz.) per legatum sedis Rom. depositi, 188.
Epirus, 16.
Eumenides, 299. v. Furiae.
Evangelium, 340. 344.

http://rcin.org.pl

Falizlaus, miles, 360.
Fideles, 73. 212. vid. Clientela.
Fidelitas, 201. Zbigneui, 213. 303. 304. ducis Pomorani, 216. 313. vid. Fideles, Clientela.
Franco, episcop. Posnaniensis, 120.
Fulco, palatinus Cracov., 363.
Furiae, 299. vid. Eumenides.
Gallia, Galli, 11. 121. 239. 324.
Galli castrum, quod Gallus fecerat, 213. 214. 216.
Gaudencius, S. Adalberti frater et successor, 91.
Gaudium militare v. Balteus militaris.
Gaythamus, cardinalis, promotor canonizationis S. Stanislai, 366. Cf. Joannes, Raynaldus.
Gdech, Gdeth, 52.
Getae, 16.
Gladius, signum dominii, 305. vid. Balteus militaris.
Glogow, 189. 261. 262. seqq. 286.
Gnesnensis civitas, 52. nomen ejus unde deducitur, 19. a Bohemis vastata, 90. 91. comes ibi constitutus a Boleslavo III. 212.
Gneuomir, comes Pomoranus, 229.
Gnezna, 322. vid. Gnesnensis civitas.
Gradec, castrum, 99.
Gregorii mons, 4.
Gromatha, sanctuarius ecclesiae Cracov. 359.
Hannibal, 287.
Hector, 240.
Henricus III. imperator, 131.
Henricus IV. imperator, 228. 255. seqq.
Hieronymus, 352.
Histria 16.
Holofernes, 12.
Hungaria, Hungari, vid. Ungaria, etc.
Huni, 16.

Jacobus, magister, ecclesiae Cracov. nuntius in causa canonisationis S. Stanislai Romae promovenda, 369.
Jaroslavus, dux Ruthenorum, 213.
Jndumenta dono a rege data, 70. 73. 82. 312.
Innocentius IV. pontif. max. 365. 368. 369. 375.
Jnstrumenta bellica, v. Militia, castella.
Joannes, cardinalis, auditor causae S. Stanislai, 369. vid. Gaietanus.
Jovis mons, 288.
Jsrael, Jsraelitae, 127. 235. Vid. Judaei.
Jstria, 16.
Jtalia, 16.

Ju-

http://rcin.org.pl

Judaei, mangones mancipiorum Christianorum, 131. aegroti annulo S. Stanislai restituuntur sanitati, 357.
Juditha, 12. 119. 323.
Judiciorum aequa ratio temporibus Boleslavi I. 55. 56. diversa temporib. Boleslavi II. 338. 339. seqq.
Jugurtinum volumen, 167.
Jus civile, 292. divinum (canonicum), 328. terrae commune, 338. vid. Romanae leges.
Jvo, episcop. Cracov. 325.
Kamencz, castrum, 283.
Karolus M., Francorum rex, Saxones vexat, 220.
Karolus, 84. 334. idem qui Kazimirus.
Kazimirus, fil. Meschonis II. 84. secedit in Vngariam, 87. inque regionem Theutunicorum, 88. 323. Poloniam liberat, 91. seqq. 336. uxorem de Rusia ducit, 92. 336. proles ejus, 92. 336. Masoviam in suam ditionem redigit, 95. seqq. Pomoranos debellat, 96. moritur, 98. 337. Cf. Cluniacum.
Kiow, 322. capta a Boleslavo I. 44. a Boleslavo II. 100.
Kosle, Kozle, castrum, 207. 227.
Kyow v. Kiow.
Laba, flumen, 291. (Elba.)
Lambertus, episcop. Cracov. 328.
Lapis, castrum, 209.
Latini opponuntur Slavis, 83.
Laurentius S. 246. 249. 251. 252. 254.
Lazarus, 341. 343.
Lencicia v. Lucic.
Leo, pontifex max. 379.
Lestco, 321.
Lestik, 27.
Leuticia, Leutitia vid. Seleucia et in praefat.
Liber de passione S. Adalberti, 38.
Limites Poloniae, vid. Polonia, Danubius.
Loricarum usus, 103. — 105.
Loricati milites, 51. 52. 104. 259. 273. 298. 299.
Lucic, (Łęczyca) castellum vetus, 212.
Luticia vid. Seleucia et praefat.
Machabaei, 203.
Machinae bellicae, v. castella, militia.
Magnus, comes Wratislaviensis, 140. seqq. comes Mazoviae, 234.
Marcealis, discipulus Petri apost. 343.
Marchio, 286.
Mare septentrionale, anphitrionale, 15. mediterraneum, 16. adriaticum, 16.
Mariae Magdalenae ecclesia, 325.

http://rcin.org.pl

Mars, 299. Boleslaus III. ejus prole progenitus, 158. Martis puer, Marcialis puer, 158. 154. 157. puer Marti deditus, 168. Martis filius 170. 201. Marcialis campus, 186.
Martinus, archiep. Gnesn. 3. 167. 177. 178. 212. 222.
Massilia, vrbs, 121.
Maternus, discipulus Petri apost. 343. 344.
Matrimoniales causae, 331.
Mauricii S. lancea, 40. 323.
Maurus, episcop. Cracov. 3.
Mazovia, Mazovienses, 90. 316. armis captis, duce Meczslavo, pugnat contra Cazimirum, 93. seqq. nexu clientelari concessa Zbigneuo, 213. vincit Pomoranos, 233.
Meczslauus devictus a Casimiro, 93. seqq.
Medi, 240.
Medica operatio, 159.
Medzyrzecz, castrum Pomoranum, 158.
Mescho v. Mesco.
Mesco I. 28. — 35. 321. 379.
Mesco II. filius Boleslavi Magni, 84. uxor ejus, ibid. et 323. injuria a Bohemis affectus, 85. non bene gerit rempublicam, 323. moritur, 86. 323.
Mesco III. filius Boleslavi largi, exul cum patre in Vngaria, 116. 377. unde per Wladislavum patruum revoctus, 117. uxorem Ruthenam ducit, 117. veneno sublatus dicitur, 117. 377. luctus post ejus mortem, 117. seqq.
Mesco, filius Casimiri, 92. 336.
Mesthco, v. Mesco.
Methco, v. Mesco.
Metropolitani duo temporibus Boleslavi I. 62. 77.
Michael, cancellarius, 4. 125. magnus, 192. S. Michaelis ecclesia de Rupella, 352. 355. 356. 357.
Militum duplex genus: nobiles, gregarii, 96. 325. vid. Militia, loricati, clipeati, nobiles, fidelitas, clientela.
Militia, 24. 38. 39. 51. 74. 75. vid. servitium, fidelitas, clientala, loricati, clipeati, milites. Quomodo Poloni certare solebant, 259. 190. 186. 104. 105. 51. vid. castella.
Monachi, 77. monachorum et monialium congregationes a Casimiro auctae, 98.
Moravia, 14. 36. 154. 184. 187. 188. 282. Moravienses, 185. — 188. 227.
Moyses, 235.
Myszy, 26.
Nabochnerus, 353.
Nakiel, Nakel, castrum, 136. 244. 249. 313. seqq.
Nobiles et eorum insignia, 64. 80. 82. 323. genus,

http://rcin.org.pl

67. 69. occupationes, 152. 153. 346. 348. ignobilibus oppositi, 139. seditiosi, 323. 345. 377. Vid. Milites.
Nobilitas, 201. Vid. Nobiles.
Odra, flumen, 261.
Officiales Boleslavi I. 41. 42.
Otto rufus, imperator, 38. seqq. 322. 323.
Otto, filius Casimiri 92. 336.
Palatinus Polonie, 177. 194.
Pallium, 39. 42. 107. 181. 310. vid. indumenta, vestitus.
Pannonici, 262.
Parcae, 299.
Paschalis II. pontifex maximus, 180.
Paulus, episcop. Cujav. 3. episcop. Poloniensis, 125.
Pazt, 21. 24. 25.
Persae, 240.
Petrus, apostolus, 343. ejus ecclesia Romae, 335. census, s. denarius S. Petri vid. Swiętopietrze.
Petrus de Bazoario, 87. Veneticus, Vngariae princeps, 87. Petri apost. ecclesia, 91.
Petrus miles suscitatus per S. Stanislaum, 339. seqq.
Pharao, 352.
Pincernae, 41. 93. 298.
Pincinaturi, 47.
Plauci, 47. 173. 174. 175.
Plocensis urbs, 167. 172.
Pluto, 300.
Polonia, 4. 6. 11. 14. 15. 379. silvestris, 128. 260. fines vel limites ejus, 14. 36. 321. laus ejus, 16. 17. 139. ejecto Casimiro devastata, 88. seqq. et a fide catholica devians, 90. 323. 324. inter multos principes propter peccata Boleslaui II. et totius terrae divisa, 378.
Poloniensis dux, 15. 122. episcopus, 120. 125.
Pomerani, Pomerania v. Pomorani, etc.
Pomorani Polonia expulsi a Casimiro, 92. auxiliares Meczlaui, 96. seqq. castrum ad Zantok a se factum destruunt, 169.—171. baptisati, 226. bella eorum, 99. 104. 132.—138. 148. 149. 158. 159. 168. 172. 180. 189. seqq. 193. seqq. 209. 214. 215. 221. 226. 229. 231. 243. seqq. 249. seqq. 285. 315.
Pomorania, 15. debellata et conversa, 37. 226. vastata, 133. subjugata, 243. seqq. vid. Pomorani.
Pontifices v. clerici, episcopi, metropolitani, xiądz.
Popel, 19. 25. 26.
Potrauin, villa, 339. 340 341.
Potres, sanctuarius Cracov. ecclesiae, 359.

http://rcin.org.pl

Poznan, 51. 90. 91. 364.
Praga, 36. 282. 292.
Prandota, episcop. Cracov. 360. 361. 362. 365.
Priamus, 240.
Principes, 40. 66. 70. 77. 181. 183. 306. 312. 340. 378. vid. duces, comites.
Proserpina, 299.
Provincia (La Provence), 11. 121. 122. 124.
Prusi, Pruzi, 221. 302. vid. Prusia.
Prusia, Pruzia, 15. devicta et conversa, 37. terra barbara, 219. aquiloni contigua, 301. 302. vid. Prusi.
Raba, 325.
Rathibor, castrum, 228.
Regia dignitas Poloniae, 377. 379. regalia insignia, corona, sceptrum, lancea, Cracoviae servata, 380.
Regnaldus, O-tiensis episcopus, obsistebat canonizationi Sti Stanislai, 366. sed miraculo de sanctitate ejus edoctus, 367. 369.
Religio Christiana in Polonia recepta, 32. — 35. propagata studio Boleslaui I. inter varios populos, 37. 41. in Polonia ante tempora Casimiri I. adhuc non satis firma, 90. 91.
Repta, 21. 24.
Retractus (jus), 339. 342.
Rhodanus, fluv. 121.
Roboamus, Roboam, fil. Salomonis, 323.
Roma, 288. 335. 343. 379.
Romani, 239. 301. Romanae leges, 255. 292. (vid. jus civile.) Romanum imperium, 242. imperator, 322.
Rudensis ecclesia, 193.
Rusia, Russia, 14. 51. vid. Rutheni.
Rusticorum conditio temp. Boleslavi I. 65. 73. vid. villici.
Rutheni devicti, 44. seqq. 51. 57. seqq. 100. tributarii, 105. auxiliares, 210. 218.
Sacerdotes v. clerici, episcopi, metropolitani, xiądz. Sacerdotium regale, 378.
Sagittarii, 259.
Sala, flumen, in quo meta ferrea a Boleslavo I. posita, 36.
Salomon, xex Vngariae, 108. 152. rex Judaeorum, 323.
Samuel, Judaeus, 337.
Sandomir, 151. 167.
Sarmatici, 16.
Saul, rex Judaeorum, 337.
Saxones devicti per Boleslavum I. 36. in Prussiam venerunt, 219. 220. vid. Saxonia.
Saxonia 15. 16. 139. 270.
Sbigneus, v. Zbignevus.
Scarbimirus, 194. 195. 200.

http://rcin.org.pl

245. 246. 252. 253. 297. 299.
Scholae, 241. 327. 328. 359.
Scutum in unum conjungere se, scutum unum habere, 282. 283.
Scytha, 349.
Sczepanowo, 325.
Sedes regni principales: Vratislavia, Cracovia, Sandomiria, 150. 151. 167. 168. 178.
Selencia, Seleucia, 15. 37. vid. Leuticia.
Semimizl, 27. 28. 29. 30.
Semovith, 25. 27.
Servi, 118. 131. redigebantur in servitutem captivitate bellica vel sententia lata, 134. 139. 154. 191. 192. 195. 204. 302. Vid. Judaei.
Servicium, 115. 216. 311. determinatum, 65. Vid. fidelitas, clientela, militia, colloquia.
Setheus, Setheius, militiae princeps, 133. palatinus comes, 139. — 143. exercituum dux, 153. seq. castrum ejus, 147. 166. machinationes ejus contra Boleslavum III. et Zbignevum, 160. seqq. exul, 168. 177.
Silvester, pontifex maximus, 41.
Simeon, episcop. Plocensis, 3. 235.
Slavi, Slavonia, 14. 16. 83.
Solava, fluv. 321. cf. Laba.
Spicimir, Spiczimir, 212. 222.
Stacio, 65. 66.
Stanislaus, ubi natus, 324. Casimiro I. contemporaneus, ibid. et 333. domus et ecclesia ab eo aedificata, 325. significatio nominis ejus, 326. aetas puerilis et juvenilis, 327. 328. canonicus Cracoviensis factus, 328. episcop. dein Cracov. 329. Petrum militem de mortuis suscitat, 339. arcet Boleslavum II. 337. 351. occiditur, 352. 109. 375. sepelitur, 355. miracula, visiones, 356. seqq. transfertur in ecclesiam *b.* Wenceslai, 358. ossa ejus levantur honorifice, 365. canonizatio ejus petitur, 360. 365. seqq. sanctus Romae pronuntiatur, 371. — 376. prothomartir Polonorum, 372. 374. quo die memoria ejus celebranda sit, 372. 374. vexillum et altare Romae in ecclesia S. Francisci in honorem ejus servantur, 372. 373.
Stephanus, Vngariae princeps, 87. 309. 379. vita beati Stephani descripta, 379.
Stephanowo v. Sczepanowo, villa.
Stiria, 322.

http://rcin.org.pl

Studium generale, 328.
Sula, episcop. Cracov. 328.
Supellex Boleslavi I. 41. 42. vid. vestitus, indumenta, pallium, vasa.
Swatobor, Swantobor, 193.
Swatopole, Swathopole, Swanthopole, dux Moraviensis, 184. 185. 281. 282. 283. 313. seqq.
Swiętopietrze, 335. 336.

Theutunici, Theutonici, 88. 91. 268. 269. 299. 362. 363. vid Alemanni.
Thracia, 16.
Throianus, custos ecclesiae, 362. 363.
Tiberis, fluv. Italiae, 126.
Tonsurae ritus, 19. 25. 28. monastica, 335.
Treveris, Treverensis urbs, ecclesia, 343. 344.
Troia, 239. 240.
Ungari, 16. Christianorum sacra recipiunt, 87. bella eorum, 108. 228. auxiliares Boleslavi III. 210. 218. foedus a Boleslavo III. cum eorum rege ictum, 248. Vid. Pannonici, Ungaria.
Ungaria, 14. 16. 36. 379.
Uscze, castrum, 229.
Vasa aurea, argentea, 41. 42. 181.
Vastandiones, 66.
Velun, castrum, 231.
Venatores regii, 71.
Venetia, 16.
Vestitus, 39. 42. 64. 82. 181. Vid. indumenta, pallia, suppellex.
Vicedomini, 71.
Villici, 66. 71.

Walo, Belnacensis episcopus, legatus Romanae sedis, 188.
Weneslai beati ecclesia Cracoviae, 358.
Wisla, flum. 90. 166. 167. 174. 211. 213. 315. 316.
Wislaus, Cracov. episcop. 360.
Wladislaw, castrum, 52.
Wladislauus, fil. Casimiri, 92. 336.
Wladislauus, rex Ungariae, 108. 113. seqq. 116. 143.
Wladislauus, exacto Boleslavo largo, rempublicam gerit, 117. post ejus mortem regnat, 119. uxorem ducit Juditham, 119. matrem Boleslaui III. 12. 119. qua mortua, sororem Henrici III. uxorem ducit, 131. filiae hujus, 132. bella gerit cum Pomoranis, 132. — 138. 148. 149. cum Vratislauiensibus, 143. seqq. regnum inter filios partitur, 149. seqq. excepta pro se Masovia, 151. 152. moritur, 177.
Woyslavus, 159. 161. 162. 165.
Wratislav, Wrotislav, Wratislavienses, etc. 140.

http://rcin.org.pl

seqq. 151. 163. seqq. 271. seqq. 280. Wratislaviensis ducatus, 157. provincia, 182.
Wratislauus, Bohemiae rex, pater Judithae, matris Boleslaui III. 119.
Wysegrad, castellum, 315.
Wysla, v. Wisla.
Wyslaus v. Wislaus.

Xiądz, (dominus, princeps, dux) titulus, quo Boleslauus I. honorabat episcopos et capellanos suos, 54. Cf. sacerdotium regale.
Zantok, Zntok, castrum, regni custodia et clavis, 169. 172.
Zarnowiecz, 165.
Zbigneus, Zbignevus, fil. naturalis Wladislaui regis, Cracoviae natus, 138. in Saxoniam missus, 139. inde furtim deductus, 140. Wratislaviae receptus, 141. contra patrem arma capit, 143. seqq. victus in gratiam patris redit, 147. 149. litteratus, 163. clericus a Pomoranis vocatus, 171. insidia fratri struit, 182. 196. Pomoranos et Bohemos contra fratrem incitat, 182. 203. seqq. victus in gratiam ejus restituitur, 212. seqq. Masoviam sub lege fidelitatis impetrat, 213. perjurus, 214. patria ejectus, 218. Zleznensem regionem depraedatur, 236. Henricum IV. contra patriam hostem ducit, 256. 257. seqq. cum Bohemis vastat Poloniam, 286. 301. componit gratiam et concordiam falsam cum fratre, 303. seqq. occisus, 305. seqq.
Zelislauus, comes, 186.
Zemimisl, Zemovit, v. Semimisl, etc.
Zetheus v. Setheus.
Zleznensis regio, 236. Cf. Leuticia, Seleucia.
Zyroslaus, episcop. Vratislav. 3.

Instytut Polonistyczny
Uniw. Warsz.
K 130
http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

K
130